

Alte Drucke

Postillae siue Conciones In Epistolas Et Euangelia quæ ab adventu vsque ad Pascha in Ecclesia legi consueuerunt ...

POSTILLAE || siue Conciones || IN EPISTOLAS ET || Euangelia quæ ab Aduentu
vsque ad || Pascha in Ecclesia legi consueue-||runt, authore R. patre D. ||
Ioanne Fero Conciona-||tore absolutissimo, ...

Wild, Johann

Antverpiae, 1559

In festo Natalis CHRISTI, EVANGELIVM Luc II.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-150400

ipſen in ſua humilitate & modeltia perſeueraret. Si nos *Germani* vel vnicū hoc exemplū ſecuti fuiſſemus aut adhuc ſequi vellemus, non neceſſe eſſet nos videre tantā calamitatē. Verum enimvero quoniā diuerſo planē ab eo, quo Ioānes prædictus erat ſpiritu rapimur, ita vt nemo ſua conditione & munere contentus viuat, ſed oēs ad maiora, q̄ par eſt, contendamus & ab adulatoribus ſinamus nobis perſuaderi maiores nos eſſe, q̄ re ipſa ſumus, tanto grauius nonnunq̄ nos reprimi oportet. Peſſime ſibi Ioannes conſuluiſſet, ſi nomē tam honorificum vltro delatum agnouifſet, ſiquidem infamiae labem contraxiſſet ſibi, nullis vnquam temporibus deſtendam, & quod plus eſt, multas animarū myriades ſecum in perniciem traxiſſet. Sed eō adduci à nemine potuit. Non ſum is, quē me exiſtimatis, inquit, ſeruus ſum nō dñs, vox non verbum, ſponſi amicus nō ipſe ſponſus, &c. Apud nos quilibet dominus eſſe vult, nemo ſeruus, nemo obedire dignatur, ſed quicunq̄ buod animo ſuo collubitiū eſt facere præſumit: quapropter etiā videre & experire cogimur, quā maiores noſtri experti nō ſunt, nec viderūt. Deus opt. max. faciat, vt oculi nobis maturē aperiantur, ad hæc & alia cōſyderanda, priuſq̄ funditus pereamus temporalium, ſpiritualium, necnon æternarum rerum ſacturam facientes, Amen.

In feſto Natalis

CHRISTI, EVANGELIUM Luc. II.

Erit edictum à Cæſare Auguſto, vt deſcriberetur vniverſus orbis. Hæc deſcriptio prima facta eſt à præſide Syriæ Cyreno. Et ibant oēs vt proſicerentur, ſinguli in ſuam ciuitatē. Aſcendit autē & Ioseph à Galilea de ciuitate Nazareth, in Iudæā, in ciuitatē Dauid, quæ vocatur Bethleem, eō quod eſſet de domo & familia Dauid, vt proſiceretur cum Maria, deſponſata ſibi vxore, prægnante. Factū eſt autē cum eſſent ibi, impleti ſunt dies vt pareret, & peperit filium ſuum primogenitum, & panis eum intoluit, & reclinauit eum in præſepio, quia non erat eis locus in diuerſorio. Et paſtores erant in regione eadem, vigilantes & cuſtodientes vigilias noctis ſuper gregem ſuum. Et ecce angelus domini ſtetit iuxta illos, & claritas Dei circumfulſit illos, & timuerunt timore magno.

Et de

POSTILLA F. IOAN. FERI

Et dixit illis angelus: Nolite timere. Ecce enim euangelizabo vobis gaudium magnum, quod erit omni populo: quia natus est vobis hodie Saluator, qui est Christus Dominus, in ciuitate David. Et hoc vobis signum: Inuenietis infantem pannis inuolutum, & positum in praesepe. Et subito facta est cum angelo multitudo militum celestium, laudantium Deum, & dicentium: Gloria in altissimis Deo, et in terra pax hominibus bonae voluntatis.

EADEM DIE NATALIS CHRISTI, EPISTOLA ad Titum II.

Apparuit enim gratia Dei saluatoris nostri omnibus hominibus, erudiens nos, ut abnegantes impietatem & secularia desideria, sobrie, iuste & pie viuamus in hoc seculo, expectantes beatam spem & aduentum gloriae magni Dei & saluatoris nostri Iesu Christi, qui dedit semetipsum pro nobis, ut nos redimeret ab omni iniquitate, & mundaret sibi populum acceptabilem, se statorem bonorum operum. Haec loquere & exhortare, in Christo Iesu domino nostro.

Ioan. 1.



Idimus gloriam eius, gloriam quasi vnigeniti a Patre, plenum gratiae & veritatis.

Neminem inter nos omnes tam rudem esse arbitror, qui non sciat hodie nobis illuxisse diem natiuitatis Christi, & qui huius festiuitatis non singulari quodam amore & deuotione teneatur, & sic fieri quoque decet ac necessesse est. Pessimum alioqui hominis Christiani indicium foret, si Christi natalis ignarus esset, peius vero, si erga ipsum neque desiderij neque deuotionis sentiret affectum aliquem.

Hier. 8.

Nam de eiusmodi hominibus dici verè posset, eos Iudeis & Ethnicis deteriores esse, imò quouis bruto animante stupidores. Norunt quippe tam Iudei, quam Gentiles suos dies festos, eosque magno studio & diligentia celebrant, norunt quoque ciconiae & hirundines tempus sui aduentus & abitus, neque id praetereunt, possunt & fera domari ac mansuescieri, ut eos, a quibus beneficiis afficiuntur discant agnoscere & amare, quemadmodum Esaias ait & exemplum dat de

Esa. 1.

dat de

IN DIE NAT. CHRI. SER. I. 89

dat de boue & asino, qui præsepe sui domini cognoscunt. Flagitium itaq; & dedecus non leue fuerit in homine christiano, si suum tempus, hoc est, Christi natalem per oscuritatem præteriret & deum suū, a quo tot beneficiis ornatus est, non agnosceret? Verum Deus a nobis omnibus tantæ ingratitudinis & negligentiae notam aduertat.

Quapropter adhortor vos, fratres dilecti, & me vna uobiscum, nostrum Christi natalem diligenter cōsideremus, surgamus de somno, quia nunc nobis proxima est nostra salus, attollamus capita & corda nostra, quia appropinquauit redemptio nostra. Scitote o vos Christiani, quoniam prope est regni dei, Amen dico uobis, non cunctabitur dominus. Si hactenus ignorastis, quid sit natalis Christi, discite hodie ex angelis. Ecce, inquit, euangelizo uobis gaudium magnum, quod erit omni populo, quia natus est uobis hodie saluator. Si per te erga tanti festi celebritatē deuotione te parum accendi intelligis, considera saltem, quanta eam christiana ecclesia deuotione prosequatur. Si nō te mouet exemplum ecclesiæ, moueat te, q̄ vniuersa cœlitum multitudo hunc diē tantis gaudiis celebrarint. Gloria (canebāt) in altissimis deo, & in terra pax. Quod si tum quoq; durus & immobilis manseris, in aduentum retrogradere, cogita quanta in terris deformitas, q̄ misera hominum conditio fuerit, ante huius diei exortum, nimirum q̄ lachrymis & gemitibus plena fuerint omnia, nec finis ullus orationum pro gratia & salute. Alia verō huius temporis ratio est. Vc-
 2. Cor. 3.
 Rom. 15.
 Dan. 9.
 Ioan. 12.
 Psal. 92.
 Esa. 51.
 Gen. 3.
 Gen. 22.
 Psal. 137.
 1. Ioan. 2.
 1. Cor. 3.
 Rom. 15.
 Dan. 9.
 Ioan. 12.
 Psal. 92.
 Esa. 51.
 Gen. 3.
 Gen. 22.
 Psal. 137.
 1. Ioan. 2.

M & pro:

POSTILLA F. IOAN. FERI

& propitiator venit. Gaudete iusti, quoniā retributor vester adest. Gaudete infirmi, quoniā Deus misit vobis medicum. **Mat. 11.** Gaudete vos pauperes, nam vobis primū istud gaudium annuntiātum est. Gaudete pueri, nam hodie Deus vobis fili milis factus est. Gaudete virgines, nā hodie virgo sine dolore & virginalis pudicitie detrimento peperit. Gaudete mulieres, nam mulier hodie dei mater effecta est. Gaudete vniuersi Christiani, nam hodie vobis laetitia & pax celitus annuntiata est. Cantate domino canticum nouū: laus eius in ecclesia sanctorum. Carnalis Israel & Iudaicus populus gaudeat in illo, a quo creati sunt. Filia Sion & anima fidelis gaudete in vestro rege, canite cū angelis. Gloria in excelsis deo. **Psal. 149.** Canite cum ecclesia, Grates nunc omnes reddamus domino Deo, qui sua natiuitate nos liberauit de diabolica potestate. Hoc saltem sedulo agamus, vt cantus nostri absoluta sit symphonia, nec discrepetis his per omnia, vt in veteri prouerbio est, Deus noster Deus pacis est, quocirca nihil illi gratum esse potest, quod nō ex dilectione & concordia proficiscitur.

Hec pro huius sermonis exordio praefari volui, quō extirparem animos vestros ad considerationem celeberrimi huius festi, ne idem nobis accidat, quod Bertheemitis, qui thesaurum incōparabilem turpiter negligebant. Homines in terris inferiores illis haud vnquā fuerunt, nam apud ipsos vera lux oriebatur, & non videbant eam, apud ipsos vera vita erat, nec tamen sentiebant, illis apparebat Deus, nec tamen obseruabant. Vsque adeo atra & profunda nox eorum oprefferat. Immortales deo debemus gratias, qui latissimum hoc nuntium ad nos perferri curauit. Diligenter caueamus, ne ingrati inueniamur. Vidimus enim gloriam eius, gloriam quasi vnigeniti a patre, &c. Quod vt verū sit, latius paulō hęc verba diducam.

Et primo, peculiarem quandam significationem habet, quod Ioannes de seipso & Apostolis suis collegis dicit: **Vidimus gloriam eius.** Nos Apostoli, vult dicere, non enim a quibusuis gloria Christi cernitur. Videbant eum pastores, sed in summa paupertate & humilitate. Inuenerunt, inquit **Luc. 2.** Euangelista, infantem pannis inuolutū & positum in praesepe, quod sic intelligendum est, Inuenerunt quidem recens narium puerum, quemadmodum eis angelus dixerat, sed in tanta paupertate & loco tam humili, vt nunquā credituri fuissent, eum Messiam, verum seruatorem ac redemptorem

ptorem

ptorem esse, nisi id cœlitus audiuisent, omniaq; signa com-
 persissent, sicut illis prædixerat angelus. Ad hũc modum pa-
 stores Christum conspexerunt, quod quanquam leue vide-
 tur, reuera tamen magnum quiddam est, cui etiam hac ra-
 tione Christũ tueri licet. Qui enim illum videt in sua pau-
 pertate & modestia, nunquam tollit cristas & sese efferet,
 nunquam desperabit in suis peccatis, nunquam paupertate
 suam indignè feret & detestabitur. Etenim primo, quem
 non pudeat superbia & elati animi, quando regem cœli se-
 tantum demississe conspici? Secundo, cui nõ spem præbeat
 maximam etiam post ingentia scelera, quando videt iudi-
 cem suum infantis similitudinem assumpsisse, cuius natu-
 ra & cõditio est libenter & paruo placari, omnibus adblan-
 ditur, cunctis hominibus porrigit manum, nescit persona-
 rum discrimen? Postremo, quem paupertatis pigeat, quan-
 do secum reputat paupertatem, in qua filius dei nascitur?
 Nõ igitur exiguum quiddã est, nec postrema felicitas Chri-
 stum in ipsius humilitate videre, Sed nondum sat est, Ioan-
 nes quãdam augusta magis & sublimiora conspicius est,
 q̃ pastores. Vidimus, inquit, gloriam eius, quo innuit Chri-
 stum aliquem referre maius quãm speciem serui. Ioan. 1.

Visu quidem iucundum est, eum qui cœli & terræ, diẽi &
 noctis, diuitiarum & honorum, æstatis & hyemis dominus
 est nasci voluisse in stabulo, in nocte, in hyeme, & in extre-
 ma paupertate, tanquam de industria quæsisset, & elegisset,
 quod carni aut corpori durum & maxime aduersum esset.
 Iucundum, inquam, est hoc consyderare: nam nos longe se-
 cus facinus, fugimus quicquid carnem offendit, multo ve-
 rò iucundius adhuc est, quod is, quem in tanta humilitate
 iacere conspiciamus dei filius & Deus est, fons & plenitudo
 omnium bonorum. Gloriosa in illo vidimus, inquit Ioan-
 nes, vidimus eum filium esse dei, vnigenitũ, vidimus eum
 plenum gratiæ, veritatis omniumq; bonorum. Et talia in
 illo potissimum tum visa sunt, cum inciperet prædicare &
 miracula edere, præcipue verò in ipsius passione, resurre-
 ctione, ascensione & missione spiritus sancti. In his, in-
 quam, Christi gloria potissimum emicuit, nihilominus ta-
 men in incunabulis videri quoque potuit. Primo nanque
 an non Dei gloria fuit in ipsa natiuitatis hora, tot tamq̃
 admiranda prodigia fieri? Omitto nunc ea, quæ historio-
 graphi quidam ea de re scripsere. Vnum me commemorare

POSTILLA F. IOAN. FERY

- oportet, quod omnes merito admirabuntur non sine stu-
pore, nimirum, q̄ hic qui nascitur Deus est, & mater quę eū
parit, Virgo & est & manet. Quis vnquam simile vidit, au-
diuit vel legit, quāuis multi ante vel etiam post ipsum mī-
ximi reges nati sint? Secundo, an nō gloria est filiū dei vni-
geniti, quōd tota celestium spirituum multitudo sese ex-
hibuerit ad ministrandum illi? Quis in terris tam magnus
est, cui hic debeatur honor, quā filius dei vnigenitus? Tercio, an non argumentum satis efficax est eum esse ple-
num gratiæ & veritatis, q̄ angelus illum appellet Saluato-
rem, imō Christum dominum? Etenim eiusmodi tituli nec
cessario requirunt gratiam & veritatem. Porro nemo Sal-
uator dici potest, nisi sit plenus gratiæ, nec Christus quis-
quam vocari, nisi plenus veritatis. Quapropter hæc vocu-
la (vidimus gloriam eius) non incommode de naturitate ip-
sius intelligitur. Quis autem id vidit? Nanquid solus Io-
annes? Nequaquam. In plurali loquitur, Vidimus, non ait,
Ego vidi, sed, vidimus. Omnes Apostoli & fideles viderūt,
vident etiamnum omnes boni Christiani. Viderunt id anti-
qui patres & prophete, vix eo colligi potest, q̄ tam præ-
claris illum titulis ornari. Sanctus patriarcha Iacob vo-
cat illum Schilo, hoc est, fortunatum, qui res suas feliciter
gerit, quod quis melius facere potest q̄ filius dei? Moses
eum appellat magnum Prophetam, Dauid Vnctum domi-
ni, imō filium dei. Esaias Emmanuel, nobiscum Deus, item
fortem spoliatores & velocem prædatorem, admirabilem
consiliarium, Deum fortem, Patrem futuri seculi, Principem
pacis. Hieremias eum vocat iustum Dominum & saluato-
rem, Daniel nuncupat eum Sanctum sanctorum, Micheas
Dominatorem in Israel. Iohel Doctorem iustitiæ. Mala-
chias Solem iustitiæ. Aggeus eum vocat Desiderium Gen-
tium. Ex his omnibus patet, etiam veteribus talem filiū vni-
geniti gloriam visam esse. Quocunq; igitur hodie nos ver-
timus, videmus & inuenimus omnia solati plena. Eas cum
pastoribus ad præsepe, videbis Christū in specie longe am-
nissima, artollare cum Ioanne versus diuinitatem ipsius,
reperies solatiū nullum finem. Quem itaq; non singularis
huius festi teneat amor? Quapropter cum sancto Dauide
dicamus: Domine non discedimus a te: viuificabis nos, &
nomen tuum inuocabimus. Dicamus cum sancto Petro &
Dauide, Domine ad quem ibimus, verba vitæ æternæ ha-
bes, imō verō apud te est fons vitæ, & in lumine tuo vide-

mus æternum lumen. Dicamus cum dilecta anima, Domine trahe nos, post te curremus in odorem vnguentorum tuorum, id est merito. Est enim à Deo vinctus, non vt ceteri reges à mortalibus vnguntur, neque oleo quod conficiunt homines, sed oleo lætitiæ vel potius spiritu sancto. Perfusus est vnguentis tam pretiosis & odoriferis, vt non iniuria odor tam suavis & gratus post se nos rapiat. Rogas, quia illa tandem vnguenta sint? Factus est nobis, inquit Paulus, à Deo sapientia & iustitia & sanctificatio & redemptio. Prestantissima hæc & fragrantissima vnguenta sunt. Quid enim sapientia vtilius? Quid sanctitate, quæ sola in homine Deo placet pulchrius? Quid felicius redemptione, quam omnes mortales desiderant? Vbi sapientia non est, ibi error: vbi omnia miscentur: vbi iustitia non est, ibi veritas incuto esse non potest. Vbi nulla sanctimonia, ibi regnat peccatum & omnium malorum sentina. Vbi nulla redemptio, ibi interitus perpetuus manet.

Et quid Ethnicæ philosophi magno cum labore inuestigarunt sapientiam, sed nihil inuenerunt præter speciem & vmbra quandam sapientiæ: & idcirco non sapientes, sed amatores solum sapientiæ se appellare audebant. Sic etiam Iudei iustitiam in lege sua quærebant, sed non reperiunt eam. Sic hypocritæ sanctimoniam quærent, verum nihil consequuntur aliud, quam speciem sanctitatis. Ita quoque Adam filii omnem curam & consilia sua eo referunt, vt ab omni malo liberentur, sed nusquam id inuenire possunt apud ullam creaturam. Ad hæc omnia in solo Christo inueniuntur. Factus est nobis sapientia, iustitia, sanctificatio & redemptio. Quod antea sanctis angelis erat, id nobis iam factus est. Docendo factus est nobis sapientia, remittendo nobis peccata & sua merita conferendo, nostra est iustitia, sancte viuendo, nobis exemplum est sanctificationis, mortem operendo, factus est nostra redemptio. Et quid facere amplius debuit, quod non fecit? Nos lumine captos illuminauit, vinctos liberauit, peccatores in gratiam reduxit, perditos redemit. Curramus optimi fratres, in odore & fragrantia talis vnguenti, hauriamus aquam ex scatebris Saluatoris. Si quis eget sapientiæ, eam apud Christum quærat in doctrina & verbo ipsius. Si tua te angit conscientia, ad Christum festina. Si sanctitatem & perfectam redemptionem desideras, ad Christum curre. Fecerit hoc & adhuc faciunt omnes electi. In odore diuinæ sapientiæ currebat Nicodemus

M. ad

Cant. 1.

Psal. 44

1. Cor. 1.

Sap. 7.

Apoc. 22.

Rom. 10.

2. Cor. 1.

Esa. 7.

Esa. 12.

POSTILLA F. IOAN. FERI

Joan. 3. ad Christum. Rabbi, inquit, scimus quia à Deo venisti Magister. In odore iustitiæ currebant peccatores ad Christum, peccatorum remissionem flagitantes. In odore sanctitatis currebāt diui Apostoli omnia relinquētes. In odore redemptionis indies adhuc currit ad Christū vniuersus mundus. *Luc. 15.* *Mas. 4.* Sua doctrina, humanitate & comitate erga peccatis obnoxios, sua sanctitate, sua passione oēs mortales ad se & post se trahit. Curramus & nos ad ipsum, optimi christiani. Gratulemur nobis & laudes canamus deo, quemadmodū angeli fecerunt nascente Christo. Christum in verbo ipsius concipiamus, amplectamur, pariamus, hoc est, ipso opere presentiam illius declaremus, quemadmodū Maria eum corpora liter concepit & enixa est. Ad minus quod pastores fecerūt nos quoque faciamus, accedamus visum, quæ Deus miracula, quæ gratiam exhibuerit, quid gratiæ & boni nobis hæc natiuitas attulerit, vt gratia illa ac bonis recte & pie vtamur. Ante omnia autē cum angelis laudem, honorē & gloriā dicamus, qui per natiuitatē sui filiū pacem nobis largitus est, & nos de captiuitate diabolica liberauit, &c.

SERMO SECVNDVS.

considerandum nobis præbet paupertatem Christi, Latine scriptus à Reueren. Patre Ioan. Fero Guardiano, in summa eade Moguntina Concione, &c. m. 7.

Cum mecum cogito magnitudinē gratiæ, gaudiū & consolationis, quā dies hæc mundo attulit, nō possum non charitatem vestram iterū admonere eius, quod hodie ecclesia cum magna grauitate cecinit. Eia, inquit, filiū mei recolamus piis laudibus huius diei gaudia. In qua nobis gratissima illa lux orta est, quæ nedum densissimæ noctis nebulas oēs depulit, verum etiā crassissimam vmbra criminū nostrorū discussit. Hodie enim stella illa maris Maria nobis enixa est nouæ & æternæ salutis gaudia, id quod lugent, gemūt & tremunt & mors & barathrum & diabolus. Ecce autē homo lapsus ouis abducta reuocatur ad æterna gaudia, id quod hodie gaudet angeli in celo, nempe quod drachma decima perdita erat, nūc autem inuenta est. O natiuitas nimium beata, quæ redempta est tota natura. O proles verē sanctissima, qua tot miseri exilarati fuerunt. O mirabilis dei dispositio, quā factum est, vt Deus qui creauit omnia nasceretur ex femina, sicque assumeret quod non erat, vt tamē maneret quod erat. Quis vnquam

quā talia audiuit? Merito igitur angelus exclamat ad pastores: Euāgelizo vobis gaudiū magnū, quia natus est vobis hodie Saluator, quasi diceret, venit vobis iam diu expectatus Messias, adeſt filius Dei vobis & pro vobis se totū traditurus. Apparuit rex immortalis, Dominus Domino: rum pro vobis cōtra hostes pugnaturus. Venit pius pastor, quærere quod perierat. Processit armatus gigas ille fortissimus in quo solo omnium mortalium spes sita est, iamq; hostem primo statim aggressu prostravit. Hoc est latum nuntium, quod angelus hodie nuntiavit. Hoc est gaudiū, quod hodie mundo contigit. Verē magnum gaudium, quia omnes homines pariter concernit. Nouum gaudium, quia nunquam tale quid mundus ante hāc acceperat, Deniq; & mirū gaudium, quia nihil tale mundus meruerat.

Quæ cū ita sint, non congruit, vt hodie dormitemus, ac tantā gratiā praterreamus. Vā enim infelicibus illis Bethlehēmitis, qui tantū hoc opus tam propē habebāt, somno tamē dediti nō videbāt aut sentiebant. Vā ceco mundo quiniuilibus rebus se occupās hanc gratiā contemnit. Vā deniq; omnibus hominibus, qui ad diē Christi nō euigilant, nec ad ipsum perueniūt, Aperiāmus igitur oculos, fratres, erigāmus corda, sināmus Epicurū cum suo grege gaudium querere in voluptatibus, auaros in diuitiis, superbos in honoribus, nostrū gaudium sit, q̄ CHRISTVS natus est. Hic enim videmus mirabilia, hic audimus verē lēta, hic offerūt nobis vera bona, hic discimus verē utilia, quod vt verum appareat, paucis ostendam.

Primo igitur nemo miretur, q̄ hāc natiuitas tā humilis ab extra videtur & cōtemp̄ta. Reuera enim si totā historiam attēdas ab exordio vsq; ad angelicū nuntiū, quomodo scilicet & ex qua causa Maria & Ioseph in Bethlehē venerint, quo diuerterint, & vbi Christus primū quietis locū in terra habuerit, nihil aliud videbis q̄ summā paupertatē, vt vel despectissimus mēdicus in maiore paupertate, vix nasci potuisset. Siquidē & ipsa mater pauper erat & locus natiuitatis despectus & nudus, tēpus austerū, puer ipse tener & inualidus, nulla pręparatio, pro puerpera, nulla pompa & ornatus pro filio regis, multo minus pro filio dei. Nemo adērat, qui vel auxilium vel ministeriū offerret. Quomodo igitur quis cogitare potuisset illū nasci regem, multo minus suspicari poterat Deum in tā paupertate inueniri. Atqui Christianus homo ex his minimē offendi debet.

POSTILLA F. IOAN. FERI

Primo enim hæc est conditio omnium Dei operum, q̄ extrinsecus humilia, aliquando etiam stulta videntur, deo nimirum hoc agente, vt confandatur humana ratio indignisq; Dei myſteria occultentur. Deinde ſignanter Deus in hoc opere nihil externi ornatus vel pompæ habere voluit, nimirum vt nihil aliud ſpectetur, quàm opus ipſum. Nam externa pompa vt plurimū diſtrahit mentem, vt nūc hic nūc alibi hæreat neglecto eo, quod ſolū ſpectandum. Ideo CHRIS TVS in natiuitate ſua tam nudū ſe ostendit, vt ſcilicet nihil aliud præter ipſum conſyderemus: non enim erubescit de ſua illa paupertate & humilitate, nimirū vt ſuperbos & mundi amatores confundat, qui cōtrarium agunt, & vt pios omnes conſoletur, vt videntes Chriſtum ita ſatisfacere pro nobis non deſperent, quin & ipſi de propria paupertate & humilitate non erubescant, aut grauentur, cū in eadem aut maiore etiā tenuitate videant Chriſtum. Præterea etiam ad conſolationem omnium noſtrum CHRIS TVS nihil externi ornatus aut pompæ in natiuitate ſua habere voluit, nimirū vt omnes videamus ipſum non contra nos, ſed pro nobis veniſſe & pauperi æquæ ac diuiti, & vt nemo ad conſpectum eius venire formidaret. Nā alias potuiſſet in alia & terribili ſpecie apparuiſſe, imò in maiestate & poteſtate. Poſtremo etiam nihil opus erat externa pompa & ornatu circa hanc Præſentia enim Chriſti ita & oculos & animos eorum qui aderāt, occupauerat, vt nihil aliud liberet inſpicere, quàm vnum Chriſtum. Vnde etiam ſi omnis externus ornatus fuiſſet adhibitus, nemo tamen attendiſſet. Ad hæc maiora ornamenta huic natiuitati aderant, videlicet ipſi angeli, imò Deus ipſe. Quid igitur obest nihil externi ornatus illis fuiſſe? An nō ſatis glorioſum eſt, q̄ media nocte lux de cælo venit, & totam noctem illuminat, q̄ non homo, ſed angelus hanc natiuitatem annuntiat, & quod tota etiam militia cæleſtis ob hanc natiuitatem Deum laudat. Sic eſto ſanè q̄ mater pauper fuerit, an nō autem decoris & gloriæ ornatusq; ſatis eſt, quod ſimul mater eſt & virgo q̄ ſine dolore peperit & non hominem tantum, ſed deum. Idem de ipſo puerulo dicendum: Eſto paruulus & infirmus & pauper naſcarur, an non autē ſatis glorioſum eſt, quod ab angelo nominatur Saluator mundi, imò quod angeli ipſum agnoſcunt & venerantur vt Dominum ſuum? An non glorioſum eſt, q̄ Elias hunc ipſum puerum nominat Angelum magni conſilii, vel vt

Es. 9.

trina

translatio nostra habet, admirabilem confiliarium, Deum fortem, patrem futuri seculi, principem pacis. Quis tam mira vnquam audiuit? En puerulus hic noster, nondum loquitur, & tamen est angelus magni consilij, paruulus est, & tamē omnipotēs. Infirmus est, sed tamē est Deus fortis, iam recens natus est, & iam pater dicitur futuri seculi, Humanæ opis indiget adhuc, & tamen princeps pacis appellatur. De his mirabilibus audi, quid sanctus ille martyr Cyprianus dicat. Non iam amplius admiror, inquit, staturā huius mundi, non stabilitatem terræ, quum eam volubile complectatur firmamentum, non lunæ defectum & incrementum, non solis laborem & cursum perpetuum, non temporum vicissitudinem, in quibus quædam arent, quædam virent, & quæ mortua videbātur postea reuiuiscunt. Nihil, inquit, horum iam amplius admiror, sed miror deum in vtero virginis, omnipotentem in cunabulis, miror quomodo verbo Dei adhærere potuit caro, quomodo incorporeus Deus, corporis tegumentum induerit, miror in hac dignatione tanti dispendia temporis, quum breui potuisset patrari negotium hoc, tantusq; labor abbreviari ad solum Christi verbum, quemadmodum & solo verbo omnia creauit. Hæc inquam sunt, quæ me exclamare faciunt: Consyderau opera tua & expaui. Hæc sunt noua illa, quæ facturum se super terram iamdudum prædixerat per Hieremiam. Talia autem noua sunt, quæ nō tantum curiositati satisfaciunt, sed etiam cor exhilarant, fidem confortant, hominemq; ad dei laudem & amorem nō modo excitant, sed quasi cogit, Quis enim non magni æstimaret puerum hunc, de quo tam insignia dicuntur? Nam docere & consulere potest vt fidus confiliarius, etiam si nondum loqui possit per etatem. Adiuuare potest vt Deus fortis, etiam si adhuc in præsepio iacet vinctus fasciis & pannis. Benefacere potest vt pius & æternus pater, etiam si ybera matris fugat. Reconciliare potest & pacem dare & à mala conscientia, & à quibuscunque hostibus vt princeps pacis, etiam si adhuc inter hostes sit. An non igitur merito laudamus & amamus Deum, qui talem nobis dedit Saluatorem, & in ea forma ad quam nemo trepidare potest? Habes & vides, vt opinor, quod in natiuitate Christi noua & mira contigerint, & tamen non omnia, sed pauca tantum recensui. Nam aliò properandum est. Non enim satis est videre, quæ circa natiuitatem hanc facta sunt, sed oportet etiam audire, quæ circa eam dicta sunt. Multū

Cyprianus

Abac. 3.

Hier. 31.

M s qui:

POSTILLA F. IOAN. FERI

quidem delectat videre mirabilia Dei circa hanc natiuitatem, sed multo delectabilius est attendere, quæ hic dicta sunt. Huc igitur possem omnes illos adducere & veteri & nouo testamento, qui de gratia noui testamēti scripserunt & locuti sunt, tamen propter breuitatem tantum quatuor proponam ex eis, nimirum duos ex nouo, duos ex veteri testamento. Sic enim & ecclesia hodie cuilibet euangelio suam prophetiam annectit, nimirum ut videamus quàm magnificè semper & consolatoriè predicatum sit de Christi natiuitate, & quàm pulchre inter se conueniant vetus & nouum testamentum.

Luc. 2.

Ex euangelio igitur audistis iam, quid Angelus nuntiauerit, & quid alij angeli cantauerint, ille quidem annuntiavit gaudium, hi autem cecinerunt pacem hominibus bonæ voluntatis. An non autem consolatorium est, quod angeli in hac natiuitate annuntiant gaudium & pacem? Quid melius habet aut habere potest mundus? Quid aliud querunt homines tot suis laboribus ac studiis, quàm gaudium & pacem? Cæterum ea nusquam inueniuntur, nisi in Christo. Habes igitur vnam consolatoriam concionem ex nouo testamēto de natiuitate Christi, addamus & aliam. In principio erat verbum (ait Ioannes) & verbum erat apud Deū,

Ioan. 1.

&c. Et paulo post: Et verbum caro factum est, &c. Et de plenitudine eius accepimus omnes, gratiam pro gratia, quia lex per Moysen data est. Ecce & hic alia duo ingentia bona audis, quæ nobis attulit Christi natiuitas, nempe gratiā & veritatem. Iam coniunge quatuor illa, gaudium scilicet & pacem, gratiam & veritatem, & videbis mundum maioræ bonæ nunquā habuisse quàm hodie accepit. Quid enim, deesse potest homini, qui hæc quatuor habet? Imò quid potest homo maius & amplius concupiscere super terrā? Sed audiamus, quid Ioannes hic etiam alio in loco de hac natiuitate loquatur. In hoc, inquit, apparuit filius Dei, ut dissoluat opera diaboli. Ea opera sunt, quæ omnes nascimur iniqui, nati peccato, excecati ignorantia, damnati diuino iudicio. At CHRISTVS natiuitate sua, ea diaboli opera dissoluit. Nam puritate suæ natiuitatis, mundauit impuritatem nostræ natiuitatis, sua luce illustrauit nostram cecitatem, sua paupertate & miseria abstulit damnationem nostram.

Ioan. 3.

Vides igitur etiam hic, quàm læta nobis annuntientur in natiuitate Christi, nempe gratia, lux, salus. Quid itaque mirum, quod hodie læti canimus ac nos mutuo ad laudem

Dei.

Dei cohortamur. Imò mirum esse debet, si quis usquam est Christianus, qui hodie non in laudem dei prorumpat, cum ea nobis nuntientur, quæ etiam Ethnicos & Paganos mori possent, si ea audirent, quemadmodum & Christus ipse quibusdam incredulis obiicit: Amen, inquit, dico vobis, si in Tyro & Sydone factæ fuissent virtutes, quæ in te factæ sunt, iam olim credidissent. Habes igitur, quàm læta & Angeli & Apostoli de natiuitate Christi prædicauerint, plura possem adducere ex Paulo & Petro, sed hæc sufficiant.

Mat. ix.

Audiamus etiam, quid veteres de eadē dixerint. Esaiam

nunc omitto. nam supra eius verba recensui, quid de natiuitate Christi senserit. Audi igitur Sophoniam: Lauda

Soph. 3.

filia Sion, iudicia Israel: lætare & exultare in omni corde filia

Ierusalem. Abstulit Dominus iudiciū tuum, auertit inimicos tuos: Rex Israel Dominus in medio tui, non timebis

malum vlti, quia Dominus fortis ipse saluabit. Dictū hoc

Prophetæ non alio referri potest nec debet, quàm ad gratiā noui testamenti. Hic igitur iterum iubemur gaudere, idque

non semel tantum, sed tertio. Lætare, inquit, Sion, exultare

Israel, lauda Ierusalem. Simul autem additur triplex causa gaudi.

Primo, abstulit, inquit, Dominus iudiciū tuum, hoc

iudiciū nihil aliud est, quàm maledictio, electio, derelictio

hominis à deo propter peccatum facta. Verè magnum

iudiciū. Sed CHRISTVS hoc abstulit cuius signum est, quod

in nostram naturam se dedit. Secundo, auertit hostes tuos,

hij hostes sunt peccatū, mors, diabolus, hos dominus auertit

in sua natiuitate, cuius signum est, quod ipse se hostibus

ipsis opposuit. Tertio, dominus Deus tuus in medio tui ipse

se saluabit, nō timebis malum vlti. Quod Dominus nobis

hunc sit, abunde probat assumptio nature nostre. Quem

igitur hostem, quod malum timebimus? Si Deus pro nobis,

inquit Paulus, quis cōtra nos? Vides quàm cōsolatoriè

etiam hic Propheta de Christo loquatur.

Gen. 5.

Rom. 8.

Sed audiamus etiam Dauidem. Audiam, inquit, quid lo-

quatur in me dominus, quid mihi reuelare velit de futuro

Messia. Nam loquetur pacem, imò faciet & dabit pacem

super plebem suam. Ipse enim cogitat cogitationes pacis &

non afflictionis. Et paulo post idem Dauid quasi iam videret

Christum venientem ait: Misericordia & veritas obui-

auerunt sibi iustitia & pax osculata sunt. Veritas de terra or-

ta est, & iustitia de cælo prospexit.

Psal. 84.

Hier. 2.

In

POSTILLA F. IOAN. FERI

In quibus verbis apertissime & causas & fructus incarnationis Christi posuit. Misericordia siquidem & veritas precesserunt, ut causas. Ex misericordia enim & propter veritatem ad confirmandas promissiones patrum homo factus est. Fructus autem, qui inde profluxerunt sunt iustitia & pax. Iustitia, qua coram Deo iusti sumus, hæc secum affert benedictionem, remissionem, gratiam, liberationem, salutem. Ideo David ait: Benedixisti Domine terram: auertisti captiuitatem Iacob. Remisisti iniquitatem plebis tuæ: operuisti omnia peccata eorum. Mitigasti omnem iram tuam: auertisti ab ira indignationis tuæ, &c. Nam alioqui ex natura nihil habemus, nisi peccatum, maledictionem, iram & damnationem. Attulit igitur nobis aduentus Christi iustitiam, id est, omnia ea, quæ nunc enumeravi ex Davide. Ex consequenti autem attulit & pacem, iustificati enim pacem habemus. Hinc est, quod post Christum natum & prædicatum ubique regnat iustitia & veritas. Et hoc est quod David dicit, Iustitia de cælo prospexit, veritas de terra orta est; hoc est, omnia nunc his bonis tam plena sunt, ac si de cælo plueret iustitia & de terra eriretur veritas.

Hactenus igitur satis ostensum est, quam læta & magna ubique de natiuitate Christi dicta sunt. Hic iam res consistit, ut & nos eorum bonorum participes efficiamur. Non enim satis est ea audire & videre. Attulit quidem ea Christus, sed non omnes ea participat. Loquitur, inquit, pacem hanc non super omnes: sed super plebem suam, hoc est, super sanctos suos & super eos qui conuertuntur ad cor. Hoc, inquam, salutare prope est non quibuscumque, sed timentibus Deum. Quid igitur agendum nobis, ut & nobis natus esse videatur Christus? Quandum exemplo Davidis: Conuertitur, inquit, Deus salutaris noster. Et iterum: Ostende nobis Domine misericordiam tuam, & salutare tuum da nobis. Sic & Ecclesia: Christe patris vnice, qui humanam nostri causa formam assumpsisti, refoue supplices tuos, suscipe preces nostras, quorum naturam assumpsisti & particeps nos fac tuæ diuinitatis. Hoc medio Christum nobis proprium facimus & ad participationem bonorum eius peruenimus.

Verum in exordio dixi, quod natiuitas Christi etiam utilia docet. Oportet igitur & hoc postremo loco considerare. Quippe autem aliud docet hæc natiuitas, quam humilitatem. Primus ingressus Christi in mundum fuit summa humilitas, & primus gradus ad salutem est humilitas. Hinc pauperibus

peribus & humilibus primò annunciatu Euāgelium hoc. *Mat. 23.*
 Qui enim superbi sunt aut terrenis immersi nihil in Chri- *Luc. 2.*
 sto habere possunt. Itaque si pauper es, noli trīstari, habes
 enim maiorem occasionem humiliandi te & ad Christum
 approximandi. Quod si diues es, vide ne te in superbiā ele-
 uent & vanam securitatem. Noli facere sicut Berthelemites
 illi, qui fomno & luxui dediti Christum negligebāt. Noli
 cogitare sicut diues ille. Anima mea habes multa bona in
 multos annos, ede, bibe, &c. Noli dicere diues sum & nul- *Apos. 3.*
 lius egeo. Hoc nos docet natiuitas Christi. Insuper & mul-
 ta alia, quæ nunc recensere tempus non patitur. Sufficiat
 igitur vnum hoc. In fine admoneo vos, simus grati, confi-
tuamus diem festum hunc in condensis, in frequentia san-
cti conuentus, in viriditate fidei & deuotionis bonorumq;
operum, &c. Conseruemus cum Maria hæc verba in cor-
 dibus nostris. Surgamus cum pastoribus, festinemus, acce-
 damus, queramus, pulsemus. Ideo enim non in aula, vbi
 paucis patet aditus, sed in stabulo nasci voluit, vt omnes
 accedere possent. Amplectamur eum in humanitate, vt eo
 frui possimus in diuinitate.

TERTIVS SERMO

Dicit, qualis Christus Rex sit, scriptus Latine a

Reuerend. D. Ioanne Fero. 1487

Nemo tam simplex & rudis est, qui nesciat, quod
 bonum nuntium gratiarum actione dignum sit,
 multo magis autem donum magnifici. Quando
 autem mundus vnquam lætius, meliusq; nuntium
 accepit quam hodie ab angelo? Et quid dico de nuntio?
 Quando vnquam tantū bonū mundus accepit à Deo vt
 hodie? Hodie, inquit angelus, natus est nobis saluator, &c. *Luc. 2.*
 Sic enim dilexit mundum Deus, vt filium suum vnigeni-
 tum illi dederit hodie. Cum itaq; mundus lætū illud nun- *Ioan. 3.*
 tium hodie primū audiuit, & magnum illud bonum ho-
 die primò accepit, certè nihil iustius facimus hodie, quam
 vt ad Ecclesiam properantes, gēna flectentes, oculos in co-
 elum leuantes, alter alterum prouocantes repetamus & in-
 gememus id quod ecclesia hodie non semel, sed ter inge-
 minauit. Grates nunc omnes reddamus domino Deo no-
 stro, &c. Agamus, inquam, gratias, quod CHRIS TVS ho-
 mo nasci dignatus est, agamus secundo gratias, quod hoc
 etiam nobis nuntiatum est; agamus tertio gratias, quod
 CHRIS TVS quo iannis sua natiuitate nos exhilarat. O
 tem-

tempus gaudio plenissimū, O sanctissimam diem, O sanctissimam horam, gaudete Christiani, iterum dico gaudete, quia dominus prope est. **Exulta** filia Sion, quia rex tuus nēdum māsuetus venit, sed etiam sanctus & saluator. **Gaude** mater ecclesia, quia abtulit dominus iudiciū tuum, auerit inimicos tuos, Dominus Deus in medio tui. **Cōfurge**, con surge fidelis anima, solue vincula colli tui, excute de pulvere, induere vestimentis gloriæ, quia qui tam diu in prophetis locutus est, ecce iam in propria persona adest. **Consolare, cōsolare** popule Dei, quia completa est malitia tua, dimissa est iniquitas tua. Et quid multis? Natus est nobis hodie saluator. **O paruitas sancta, læta & salutaris.** Quis homo, quis propheta, quis angelus hanc natiuitatē dignē & sufficienter explicare potest? Sublimiter illustratus erat **Esaías**, adeo vt futura tam certo prospiceret & prædiceret, vt iustius **Euangelista** dici mereretur, q̃ Propheta, vt Hieronymus ait, is idem tamen faretur se generationem Christi enarrare non posse. **Ioannes Baptista** plusquam Propheta erat, tantæq; authoritatis, vt omnes ab ipso consilia salutis quaererent. Deniq; etiam Christo teste, nullus eo maior surrexerat inter omnes natos mulierum, & tamen etiam ipse faretur se indignū, qui soluere possit corrigiam calceamētī Christi, hoc est, enarrare, quomodo diuina maiestas humana natura se calcauerit & induerit. Et quid dico de **Ioāne & Esaia**? Cū ipse etiam angelus satis declarauerit se non posse ad plenum huius natiuitatis mysterium enarrare. Nā cū uirgo diceret: Quomodo fiet istud? Nihil aliud respondere potuit, quā sp̃itus sanctus superueniens in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi, quasi diceret, solus dei opus hoc erit à nulla creatura satis enarrandum. Iam si neq; propheta nec **Ioānes** maior prophetis, deniq; nec ipse angelus satis hanc natiuitatem explicare potest, quāto minus ego? Et alias quidem nihil noui est, si homo nascatur. In mundo enim nihil frequentius quā nasci & mori. Verum hæc natiuitas aliud habet, hic omnia noua sunt. Hæc, inquam, natiuitas sancta est, quia nihil immunditiæ hic cernitur neq; in matre neq; in filio, imō tam sancta est, vt etiā nostrā natiuitatē sanctificet. Hæc natiuitas læta est, quia omnes sanctos lætificauit, siue qui præcesserūt siue q̃ secuti sunt Christum. Hæc natiuitas gloriosa est, quia Deo suam gloriā restituit. Deniq; supra modum etiam mirabilis est, nō in vno aliquo, sed in multis. Primō enim in conceptione non tam

tum

tum nihil fuit peccati, sed nec quicquam etiam immunditiae
aut voluptatis, in natiuitate absuit dolor. Præterea mater
etiam post partum virgo permansit, insuper & filius sine pec-
cato natus est, & postremo non tantum homo sed etiam Deus
est. Hæc sunt mirabilia, quæ in hac natiuitate cernimus, om-
nia præter solitam cursum nature. Similem huic natiuitatem
mundus nec vnquam vidit, nec vnquam visurus est. Hinc faci-
le videmus, quanta nobis hodie cogitanda proponatur. Ve-
rum quis omnia simul explicare potest? Nos scopum huius
festi tantammodo considerabimus, quod longe Christus rex
nostre omnibus mundi regibus præferendus sit, quantaque
bona sub ipso, & ab ipso nobis proueniant. Primo itaque si
beati sibi videntur, qui regem habent bonum & potentem,
quantam nos spem habeamus in Christum habere & repo-
nere debemus, qui sine cõparatione omnia illa perfectius
habet, quæ mundus in aliis regibus miratur. Accipe enim
summos quosque reges, sanctum videlicet Dauidem, sapien-
tissimum Solomonem, potentissimum Nabuchodonosor,
victoriosum Cyrum, gloriosum Assuerum, Magnum Ale-
xandrum, diuitem Darium, inuictum Iulium, felicissimum
Augustum, &c. Considera simul omnem eorum sapientiam,
iustitiam, fortitudinem, diuitias & gloriam & si quæ alia sunt,
quæ mundus in regibus miratur, videbis nihil omnia illa
esse ad Christum cõparata, id quod vel vno exemplo osten-
dam, Nempe Saulis, qui primus rex Israelitarum fuit. De ipso
siquidem tantam spem conceperat, ut læti omnes acclamarent.
Vivat rex, putabant iam se securos esse ab hostibus, iamque
prospera habituros, tantam spem de homine hoc concepe-
runt. Et cur hoc, vel videret? Quia vnctus erat a propheta, quia
regiam dignitatem primus inter ipsos habebat, & quia tan-
ta erat proceritas, ut ab humero & sursum omnem popu-
lum excederet. Verum hæc ipsa expendamus, ut videre pos-
simus, quam nihil ea sint ad Christum comparata.

Primo igitur Saul vnctus fuit, sed quid amplius? quid
profuit illa vnctio? nihil vel parum. Nam & vnctio ipsa res
corporea erat, & qui vnguebat homo erat, denique & vnctus
ipse etiam post vnctionem homo mansit, ut prius. Longe aliam
vnctionem habet Christus non corpoream, sed spirituales,
imò ipsum spiritum sanctum, qui copiosissime vnctus est.
Hæc vnctio non tantum corpus tangit, sed animam etiam pe-
netrat, nec in solo Christo permanet, sed ab ipso ceu capite
in omnia sibi adherentia membra diuinitat. De plenitudine
enim

Esa. vi.

Psal. 132

Ioan. x.

enim

enim eius omnes accipimus. Verum de hoc iam alias satis dictum. Sed Saul, inquit, habuit regnum, nomen & potestatem. At quid inderqualis fuit hæc potestas? quando & quomodo eam acquisiuit? quam diu eam tetinere? quid per eam effecit? Post multos annos rusticanis laboribus insumptos ad hanc potestatem peruenit, nec diu in ea mansit, denique parum per eandem effecit, & postremo miserabiliter perijt multatq; millia populi secum in interitum duxit. Eadē ferme etiā in aliis regibus supra memoratis videmus. Que igitur fiducia in his ponenda est, qui nec seipfos seruare possunt aut liberare à morte? Non enim saluatur rex per multam virtutem, & gigas nō saluatur in multitudine virtutis suæ. Vnde & meritō Dauid monet. Nolite confidere in principibus, neq; in filiis hominum in quibus non est salus. Et subdit rationem. Exhibet, inquit, spiritus eorum, & reuertentur in terrā suam vnde sumpti sunt. In illa die peribunt omnes cogitationes & conatus eorū. Longē alia & maiora videmus in Christo. Is enim non ab hominibus, sed à Deo rex cōstitutus est. Dominus, inquit angelus, dabit ei sedem

1. Reg. 9.

1. Reg. 31.

Psal. 32.

Psal. 145.

1. Reg. 2.

Luc. 1.

Esa. 9.

Esa. 8.

Ioan. 1.

M.

Esa. 7.

Dauid patris eius. Deinde regnum & imperium suum non in terra inuenit, sed de celo secum attulit. Sic enim Esaïas de seipso cecinit: Puer hatus est nobis & filius datus est nobis, cuius imperium super humerum eius, in dō Christus rex fuit non solum antequā in humana natura nasceretur: sed etiam ab æterno. Hinc in Esaïa nominatur velox spoliator & festinans predador, quia antequā, inquit, sciat vocare patrem & matrem auferentur spolia Damasci. Et reuera sic factum est, quod CHRIS TVS etiam anteq̃ carnem sumeret, regiam suā potestatem ostendit contra hostes. Contra quē enim diabolus ita inde ab initio inimicitias gessit, nisi contra verbū Dei? Et quid est verbū Dei essentialiter nisi filius Dei? Contra hoc verbum diabolus de celo electus prælium sumpsit omnibus modis hoc conatus, vt & ipsum verbum Dei impediret, & omnes qui verbum illud susceperent funditus extirparet. Hinc contra eosdē, nunc Pharaonem, nunc Holofernem, nunc Aman, nunc Nabuchodonosor excitauit. Et quis etiam tunc Tyrannos illos repressit? quis credēs illos seruauit, nisi omnipotens verbum Dei propter quod mundo odiosi erant? Hoc est igitur quod Esaïas dicit. Antequam puer sciat patrem & matrem vocare, hoc est, antequam temporalem in terris matrem sibi assumat, iam tunc præliabitur contra hostes suos. Dixerat prius: Ecce virgo concipiet

concipiet & pariet filium & vocabitur Emmanuel, hoc est, Nobiscum Deus. Verum, quia hoc in futuro positum erat, nec sciri poterat quando impleteretur, addidit hanc consolationem, quod etiam anteq̃ in carnem veniret verbum Dei, posset credētes in se saluare. En talis rex est CHRISTVS, vt regni eius nec initium nec finis sit. Hic igitur aliquid apud nos agere potest. Quid enim facerent homines illi, qui & nudi nascūtur & nudi ē mundo exeunt, nec seip̃os à morte liberare possunt, imò nec à morbis?

M. Vis autē breuib̃us verbis habere quid CHRISTVS scī: *Mat. 23*
ca nos faciat? Primum liberat à peccatis, ideo IESVS dicitur, de quo meritò gaudent, quos conscientia criminum premit, quia venit IESVS quærere & saluum facere quod perierat. Nec solum à peccatis liberat rex noster, sed etiam gratiam confert, ideo dicitur CHRISTVS, id est, vnctus, de hoc meritò gaudēt, qui cum propria adhuc infirmitate luctantur, venit enim CHRISTVS, cuius vnctio omnem infirmitatem pellit, omneq̃ robur confert spiritui. Insuper & gloriā confert rex noster, & quidem sempiternā, ideo dicitur filius Dei, hinc meritò exultant, qui grandia concupiscunt. Venit enim filius Dei, vt nos suā gloriā coheredes assumat. Qui enim seipsum nobis dedit, quomodo non & *Luc. 19.*
hereditatem suam donaret? *Rom. 8.*

Sed est & aliud quod in Saule commendatur, nempe q̃ ab humero & sursum emineret super omnē populum, nec quenquam similem haberet in populo, vnde & Samuel exclamabat. Certē videtis, qualem vobis regē Dominus dederit, &c. Verum ad quid illi profuit hæc proceritas corporis? Nō in fortitudine, inquit equi voluntatē habet Deus, neq̃ in tibiis viri. Sit sanē quis etiam duplo maior & proterior quā Saul, nondum tamen attingit cœlum, multo minus magnitudinem Christi. Vis scire quā magnus sit CHRISTVS? Audi primò, quales titulos illi ascribit Esaias. Vocabitur, inquit, nomen eius admirabilis consiliarius, Deus fortis, pater futuri sæculi, princeps pacis. An non magna sunt hæc? Sed audi aperius quæ sit magnitudo Christi, & quā nemo illi similis sit aut esse possit. In principio, inquit, erat verbum & verbum erat apud Deum, &c. Audi deindē quid Paulus in eandem sententiam dicat. No uissimē, inquit, diebus istis locutus est nobis Deus in filio, quem constituit heredem vniuersorum, per quem fecit & sæcula. Qui cū sit splendor gloriæ eius, & figura substantiæ, *2. Reg. 10.*
Psal. 146.
Eph. 4.
Ioan. 1.
Heb. 1.

N portans

POSTILLA F. IOAN. FERI

portas omnia verbo virtutis suae, purgatione peccatorum faciens, Edet a dextris dei, tato melior angelis effectus: An non igitur iustus de ipso, q̄ de Saule dicitur, quod non sit ei similis in omni populo? An non igitur iure gaudemus, maxime cum dicat Esaias hunc regem nobis & nati & da:

Esa. 9. tum. Quod si illi regi suo acclamarunt, Vivat rex: cur non nos hodie etiam regi nostro acclamaremus?

Psal. 49. Dicamus igitur cu Dauid: Speciosus pra filiis hominum diffusa est gratia in labiis tuis. Accingere gladio tuo super femur tuum, intende prospere, procede & regna. Dicamus

Psal. 17. cum eodẽ Dauid, Benedictus, qui venit in nomine domini, Deus dominus & illuxit nobis, Deus meus es tu, & con fitebor tibi, Deus meus es tu, & exaltabo te. Clamemus cu

Ioan. 12. populo, Osanna filio David, Benedictus q venit rex Israel, & benedictu regnu David patris eius. Osanna in excelsis,

Mat. 11. Dicamus postremo cu ecclesia, Christe patris vnice, qui humanam nostri causa formam assumpstis, refoue supplices tuos, &c. Hoc esset verẽ & pie natalem Christi celebrare, ipsum scilicet pro rege nostro agnoscere, ipsum suscipere, ipsum honorare, ipsum inuocare. In hunc modum natalem ipsius celebrarunt veteres, id quod ex tot tamq̄ deuotis hymnis & cantionibus videri potest. Et quid possemus hodie & iustius & Deo gratius nobisq̄ vtilius facere? Bone Deus quanta gratiarum munera in nos effusus esset rex noster si sic faceremus?

Illud autẽ in fine vos pramonere volo, ne quis offendantur, quod CHRISTVS in tanta paupertate & humilitate natus est, nõ enim ex impossibilitate, sed ex charitate hoc factum est, nõ necessitas, sed charitas fuit, nobis per hæc ser uiauit CHRISTVS. Nam per hoc primo satisfecit pro peccatis & superbia voluptateq̄ nostra, quẽ alioqui nunquam nobis remitti potuissent, nisi CHRISTVS pro hiis penitentiam subiisset. Deinde etiam ad consolationẽ nostram tam humilem se ostendit, ne trepidaremus ad eũ accedere. Præterea etiam ad doctrinã nostram hæc facta sunt, ne nos mundi gloriã, diuitias, voluptates, pompã quæramus, cum Christus in nocte, paupertate, frigore & stabulo natus sit. In eo enim, q̄ omnia illa quẽ mundus miratur contempsit satis docuit, nihil ea ad salutẽ conferre, quin potius obesse. Sic igitur breuiter habetur, quomodo & maiestatem & humilitatem Christi intueri debeamus. Faxit Deus vt re ipsa hoc impleamus.

SER.

Ad Psalmum. XCIII. accommodatur, scriptus Latine
à Reueren. Domino Ioanne Fero Guardiano, &c.

Qui nesciret, quantum indurata, deuotionis & gra-
titudinis hoc festum à nobis exigar, vel ex eo so-
lo id notare posset, qd nō homo, sed angelus pri-
mam de hoc festo concionē fecit. Atqui constat, qd
magnis personis nō nisi magna committuntur annuntian-
da, nec quisquā dubitat, quin aliquid magnū expectandum
sit, vbi magna persona mittitur. Cum igitur hodie angelus
ē cōlo nouum nuntiū attulerit, meritō oēs eō diligentius
accurrere, eō attentius audire, eō profundius cordi im-
mere, deniq; eō gratiores esse debemus, quādo dubitare nō
possumus, quin magnū aliquid sit, ad quod annuntiandū
angelus mittitur. Et reuera sic est. Nihil maius aut mirabi-
lius vnquā in terra factū est, nihil gratiosius vnquam homi-
ni contigit, vt hodie. Quis itaq; iustus idipsum nuntiaret
quā angelus? Et quis etiā melius posset? Quomodo enim
homo dignē quippiam de his rebus edicere posset, qui ne
minimam quidē creaturā exactē cognoscat? Sit sanē quis
quantumuis doctus & eloquens, fateri tamen cogitur, nec
rationem, nec memoriā, nec linguam sibi suppetere, vbi de
hoc festo dicendum est. Nec mirū, nihil enim hic secundum
consuetum naturę cursum procedit, sed omnia noua & mā-
rabilia sunt, quęcunq; videntur & audiuntur in hac natiui-
tate, sunt mirabilia in cōlo, in aëre, in terra. In cōlo oritur
stella noua, in aëre cantant angeli, in terra oritur sol iusti-
tię ad illuminationē eorum, qui in tenebris sedebāt & um-
bra mortis, &c. Quid autē homo de huiusmodi rebus di-
gnē vel cogitare vel loqui posset? Quod si etiam inuenian-
tur qui huiusmodi mirabilia dei annuntiare possent, mun-
dus tamē nihil magni estimat nisi per insignes psonas pro-
ponatur, quēadmodū & diues ille fatetur ne Moles quidē
quicq; persuasurū fratribus suis, sed si quis à mortuis resur-
geret, is fortē magis eos moueret. Vt igitur legatio hodierna
à nullo contēneretur, nullumq; nō moueret, misit Deus
angelū, in dō non vnū tantū, sed multitudinē celestis exerci-
tus, qui angeli verba cātu & laude cōfirmer. An nō autē hoc
nouū qd est & insolitū? Vbi simile qd vnq; factū est? Quis du-
bitat autē magnū qd subesse, qd angeli ē celis hodie descēde-
rūt ad laudādū deū in terra? Nūquid nō habuerūt in cōlo lo-
cū & obiecta laudādi deū? Nemo tamē de hoc miret, meritō

Sap. 2.

Luc. 2.

Luc. 10.

POSTILLA F. IOAN. FERI

Angeli descenderunt de cælo in terrā quod angelorum rex
 nascatur in terra. Non mirum, inquam est quod angeli
 primò se circa hanc natiuitatem occupant, Deum laudant
 & homines ad laudem inuitant. Hac enim natiuitate non
 tantum perditum genus humanū redemptum est, sed etiā
 ruina angelorū reparata. Quia igitur vtriq; creaturæ com-
 munis saluator natus est, meritò vtriq; simul gaudent, & se
 mutuò ad laudem dei prouocant. Nō mirum, inquā, quod
 angeli hodie nobiscū gaudent, quando nostra redemptio,
 illorum reparatio est. Nulla erat creatura nec in cælo nec
 in terra, à qua reparari posset ruina angelorum, nisi homo.
 Et in hoc ipsum Deus hominē creauerat, vt possideret, qd
 diabolus perdiderat. Et quauis diabolus huiusmodi for-
 licitatem homini inuidens, nihil non egit, vt hoc dei pro-
 positum impediret, vicit tamen dei bonitas ipsius diaboli
 malitiam, imò vt ipse diabolus videret illud propositū dei
 inuiolabiliter permāsurum, Deus ipse humanam naturam
 sumpsit & in ea se diabolo opposuit, nec destitit, donec eū
 vinceret. Hoc igitur est, quod ecclesia cū tanto gaudio reco-
 lit hodie, & meritò, si enim angeli tanti æstimarunt ruinæ
 suæ reparationem, quanti nos æstimare debemus nostram
 redemptionē? Erant illi beati & beati permanissent pro se,
 etiamsi Christus non factus esset homo. At nobis omnino
 pereundū erat & in perditione moriendū nisi filius dei ho-
 mo factus esset. Si igitur tam excellentes creaturæ de nostra
 salute gauisæ sunt, cur non & nos de propria salute gaude-
 remus? Nō igitur mirum est, q inter multa alia incitamen-
 ta ad laudem dei & gratiarum actionē, etiam Davidis car-
 men toties nobis inculcatur, in quo omnia illa bona prædi-
 xit, quæ hodie nobis obuenerunt. Cantate, inquit, domino
 canticum nouum, quia mirabilia fecit. Notum fecit saluta-
 re suum dominus, in conspectu gentium reuelauit iustitiā
 suam, Recordatus est misericordiæ suæ, & veritatis suæ do-
 mui Israel. Viderunt omnes termini terræ salutare dei ho-
 stri. Hunc psalmum hodie vobis commēdo: hic enim simul
 habemus & quid hæc dies nobis attulerit & quid à nobis
 exigat, Ipsa igitur verba latius explicabo.

Luc. 15.

Psalm. 97

Primò apud omnes certum est, quod Dauid ne dum ver-
 bis Christum prædixerit, sed etiam factis præfigurarit &
 adumbrarit, & vtrunq; tam clarè & apertè, vt apertius non
 possit. Et de figuris quidem aliàs dixi, nunc de Christi præ-
 nuntiatione audiamus. Cantate, inquit, domino canticum
 nouum

nouum

nouū, quia mirabilia fecit. Hic statim in exordio videmus, q̄ non infidelibus hæc loquitur, sed fidelibus. Nam infidelibus prius causa rei ostendenda erat, anteq̄ ad tantum admonerentur. Quia autem fideles nos causam & rem ipsam nouimus, merito statim ad ipsum opus incitat, non enim dicit, credite, legite, considerate, sed cātate, idē in fine psalmi vehementius adhuc facit. Iubilare, inquit, Deo, cantate, exultate, &c. Vult enim vt gaudium nostrū non occulte in corde teneamus, sed voce & gestu ostendamus & erumpere sinamus. Hoc à nobis exigit festum hoc, Et vbi hoc non fit, ibi vel adhuc non est perfecta cognitio Christi, vel pessima ingratitudo. Neutrum autem Christianos decet. Ignorantia Dei & ingratitudo ad incredulos pertinent, ad nos autem fides & gratitudo. Recte igitur Dauid primò statim verbo monet, vt domino cantemus, & si nondum causas assignauerit, vbi enim Christi cognitio est, ibi nunquā deest causa gaudiij. Tempus flendi, tēpus gaudēdi ait Salomon. Anteq̄ *Eccle. 3.* CHRISTVS nasceretur erat tempus flēdi, tūc enim nihil videbatur nisi peccatum, mors, infernus & perditio, ecōtra autē nullus auxiliator. Nunc autē nato Christo est tempus gaudēdi, hic enim attulit nobis lucem & vitam, gratiā & benedictionem, & omne bonū, quid autem iucūdius luce? quid dulcius vita? quid magis consolatorium gratia? quid optabilius benedictione? Nemo igitur nobis vitio vertere potest, q̄ hodie festum agimus, & ex cōsyderatione talium bonorū lætabundi canimus: imò nemo nobis reprehensibilior esset, si hac die nihil singularis lætitiæ & gratitudinis ostenderemus. Cātate igitur ô Christiani, domino deo vestro, regi vestro, quia mirabilia fecit, hæc Dauid causam assignat. Cōgruē autē non in singulari sed in plurali. Mirabilia, inquit, fecit. Etsi enim vnum opus sit, q̄ CHRISTVS natus, multa tamen & innumera mirabilia in eo cōprehenduntur. Quæ autē illa sint, ecclesia clarius exprimit ex Esaia. Puer, inquit, natus est nobis, & filius datus est nobis, qui imperiū super humerū habet, vocaturq̄, & est admirabilis consiliarius, Deus fortis, princeps pacis, pater futuri sæculi. Cantate igitur domino canticum nouum, quia mirabilia fecit. Hic, inquā, audis expressē, quæ mirabilia hodie facta sunt. Et quidē in se nec mirū nec nouū est, q̄ puer nascitur, sed q̄ idem & puer est & tamen iam imperiū habet & exercet, iam dominatur in cœlo & terra. Item q̄ puer est, tamen idē etiam magni consilij, angelus est, item q̄ puer est, & idē

POSTILLA F. IOAN. FERI

Deus fortis, &c. Hæc sunt, inquã, illa mirabilia, q̃ Christus adhuc puer est, & tamen iã dominatur, q̃ per ætatẽ nondũ potest loqui, & tamen iã consilia salutis dat & dare potest, q̃ adiuuare potest, vt Deus fortis, quãtũuis infirmus videatur, q̃ benefacere potest vt pater futuri seculi, quãtũuis paup̃ videatur, q̃ reconciliare potest & ab hostibus eripere, vt princeps pacis, quãtũuis inter hostes videatur. Quod si plura adhuc mirabilia queris, en is qui cẽlum & terrã regit puer efficitur, creator omniũ efficitur creatura, q̃ Deus erat efficitur homo, sapiẽtia & verbũ Dei fit infans, Omnipotẽs fit infirmus, Qui dicit Cœlum & terram impleo, clauditur vtero virginis, qui vita est & fons vitę fit mortalis, qui portat omnia verbo virtutis sue, gestatur vlnis. Cuius terra est & plenitudo eius, nascitur in stabulo, qui omnibus omnia dat, pauper efficitur, q̃ omnia pascit, lacte materno alitur, qui omnia vestit, nudus frigori exponitur. Et vt semel oĩa dicã, qui summus erat fit infirmus. Hæc sunt mirabilia quę hodie facta sunt, quibus tamen adhuc multa addi possent, vt q̃ mater virgo permanet, sine corruptiõe cõcipit, sine dolore parit & parit factore suũ, &c. item q̃ Deus filiũ suũ dat p̃ seruis, dilectũ p̃ inimicis, innocẽtem pro noxiis, &c. Verũ vt dixi nedũ tempus, sed & ratio & memoria & lingua deficiet ei, qui mirabilia huius diei omnia recẽsere velit. Vide igitur, an nõ bene dixerit Dauid Deũ hodie fecisse mirabilia. Vbi enim plura & maiora vsquã audita vel visa sunt? Magna mirabilia deus fecit in creatione rerũ, magna cum Israhelitis, verũ nihil ea sunt ad hæc nostra. Vnũ hoc omnibus præpõderat, Deus homo factus est. Quid aut̃ iustius ad hoc sequetur, q̃ Dauid monet. Cãtate dño canticũ nouũ. Signãter aut̃ canticũ nouũ exigit, & meritõ, sic enim & olim post mirabilia noua sequebãtur noua cãtica, vt patet Exo. 15. Iud. 5. Vult igitur Dauid vt visis tantis mirabilibus in natiuitate Christi nõ minus faciamus, q̃ veteres illi fecerunt, vult vt noua vt hæc mirabilia summis laudibus celebrentur. Sic & pĩ quiq̃ fecerũt, Maria prima omnium fuit, quę hæc mirabilia celebraret cãtico nouo. Magnificat, inquit, anima mea dominũ, & exultauit spiritus meus in deo salutari meo, &c. Sic Zacharias, sic Simeõ, hoc sequuti sunt pĩ oēs ab exordio, hoc etiam nũc sequitur ecclesia. Grates, inquit, õ liberauit de diabolica potestate, &c. Et nos igitur cãntemus dño cũ omnibus sanctis, hoc, inquã, nobis hodie agen-

Heb. 1.
Hier. 23.
Psal. 23.

Gen. 1.
Exp. 14.

Exo. 5.
Iud. 5.

Luc. 1.
Ibidem.
Luc. 2.

agendum, vt nihil aliud inter nos audiatnr nisi vox laudis. Hoc vult Dauid in fine psalmi, cum dicit: Iubilare deo omnis terra, &c. inuitat etiam montes & flumina ad laudem, quasi diceret, si ista possent, vtq; laudarent Deum, quanto magis vos homines, in quorū gratiā hęc omnia facta sunt.

Hęc cogitemus fratres, laudemus deum cū angelis, curremus ad pręsepe cum pastoribus, adoremus Christum natum cum Maria, seruamus ei cū Ioseph, offeramus eidem fidem, spem & charitatem cū Magis, suscipiamus eum cum Simeone, confitemur eum cū Anna, inuocemus eum cum omnibus electis, adeamus cum fiducia ad thronum gratię.

Heb. 4.

SERMO QVINTVS.

*Dicit, cuiusmodi consolationem et gaudium.
natiuitas Christi nobis attulerit.*

S I vno verbo indicare deberem, quid boni nobis christianis, imò vniuerso orbi terrarum per salutiferam & lætam natiuitatem Christi contigerit, & contra quid nos facere deceat, nihil melius nihilq; commodius vobis proponere possem, q̃ verbū sancti Dauidis, cum ait: Benedictus qui venit in nomine dñi, Deus dominus ille iuxit nobis. Nec arbitror me mihi & vobis omnibus quicquā salubrius optare posse, q̃ vt omnes pariter sublati oculis & palmis ad cælum, dicamus cū sancto Paulo ore simul & corde: Benedictus pater & pater domini nostri Iesu Christi, pater misericordiarū, & Deus totius consolationis, qui cōsolatur nos in omni tribulatione nostra. Hęc verba qui cū deuotione expendere, & plena fide offerre posset, is proculdubio hodiernū festū verē & christianē celebraturū esset.

Psal. 117.

2. Cor. 1.

Quod enim aliud hodiernum nostrum gaudium est, q̃ q̃ dominus Deus noster nobis illuxerit, imò q̃ Deus hodie nos per filium suum consolatus sit? Et quid iustius nos vicissim facere conuenit, q̃ vt talem patrē misericordiarum & cōsolationis benedictionibus et laudibus perpetuis prosequamur? Nam certe si vnquam benigniter & amice se erga nos homines gessit, hodie id fecit. Si vnquam antehac pater fuit misericordiarum & Deus omnis consolationis, hodie talem se declarauit. Rogas, quæ igitur sit illa commiseratio & consolatio, quam hodie accepimus?

Audi & obserua. Eramus in peccatis & impia vitę cōsuetudine, hodie verò iustitia cœlitus se ostēdit, eramus in ira dei, hodie nobis venit mediator, qui omne indignationē

N. 4. &

POSTILLA F. IOAN. FERI

& iram tollens, nos penitus deo reconciliauit, morti & condemnationi obnoxii eramus, hodie vita donati sumus, graui seruitute premebamur & captiuitate, hodie nobis Saluator nascitur. E paradiso eiekti eramus paterna hæreditate ac bonis amissis atram patiebamur famem, hodie nobis verus & viuus panis de cælo venit & datus est. Errabamus in ariditate imperuiq; solitudinis, magna siti affligebamur, hodie nobis fons vitæ immortalis scaturit. Quid multis verbis opus est? Egroti eramus, hodie medicina nobis venit & de cælo missa est, eramus in tenebris & vmbra mortis, hodie vera lux nobis illuxit. Quæris, quæ fuerint illæ tenebræ, & quæ noua lux? Vbiq; charitas extincta erat, mundus crassissimis ignorantia & peccatorum tenebris operatus erat. Philosophos ethnicos Deus dederat in sensum reprobum, vt Paulus loquitur, & quanto plus doctrinæ & sapientiæ opinione sese venditabant, tanto ineptiores erant, Pharisei apud Iudeos ita propriis affectibus prauisq; cupiditatibus indulgebant & excæcati erant, vt videre nō possent, quid lex vellet ac postularet. Magni reges & Monarchæ, qui orbem gubernabant, ligna & lapides adorabant, atq; auxilium ab eis flagitabant, qui sibi met auxiliari nequebant. Nonnulli Ethnicorū in eam infaniam acti erant, vt simias, serpētes, canes, boues, imō etiam cepe & porrum pro diis colerent ac venerarentur. Quidam suos liberos offerebant & igni cremabant, quidam pium esse putabant, proprios parentes suos mactare & illorum carnibus victitare. An non ingens & horribilis ista erat caligo & profunda nox? Nam lumen quoque naturæ, quod homini Deus indiderat, tantum decreuerat, vt propemodum totum esset consopitum. Porro lumen legis diuinæ, quæ naturale lumen nonnihil iuuare debebat, per Phariseos cæcos hominum ductores, ferē totum intellectu carnali obscurarum erat. Hæc nox fuit & tenebræ, quæ mundū occupauerant. Iam verò audi quoq; quæ illa noua lux sit. CHRISTVS est filius dei, hic vera lux est, vt eū Ioannes appellat. Sic nominat eum Zacharias Luc. 1. Sic Esaias, Malachias non modo lucem, sed etiā solem iustitiæ eum vocat. CHRISTVS ipse dicit se esse lucē mundi. Etenim id quod sol corporeus in mundo visibili facit, hoc ipsum facit Christus in sancta christianitate. Et qui hac luce caret, cæcus est, quantumuis doctus, sapiens, ingeniosus & eloquens videatur. In toto hoc opere & mundi edificio nihil sole admirabilius est, vt

qui

Ioan. 6.

Num. 20.

Luc. 1.

Rom. 1.

Psal. 4.

Ioan. 1.

Esa. 9.

Malac. 4.

Ioan. 8.

IN DIE NAT. CHRIS. SER. V. 101

qui est fons lucis, qui omnia producit, fouet, auget, vigorem suppetat & viuificat, cuncta exhilarat, cuncta profert & cunctis suum præbet colorem, &c. Hæc omnia etiam Christus facit in cordibus fidelium. Et quemadmodum sol homines, qui in nocte & somno tanquam mortui iacent, ex-pergefacit & ad laborem vocat, ita quoque facit Christus. In summa, quemadmodum sol nunquam lumine suo destituitur, siue à nobis conspiciatur siue non, & quando videtur, orbem illustrat, quando non videtur noctem generat, ita quoque CHRISTVS in seipso nunquam mutatur, sed in quorundam hominum animis oritur, & ibi tum dies est, apud quosdam non oritur, ibi tum nox est & perennes tenebræ manent. Lux ista nobis hodie illuxit, quapropter merito cum Dauide canimus: Benedictus qui venit in nomine domini, Deus dominus nobis apparuit. Atque hinc bonus quisque Christianus lætum & saluterum Natalem Christi ex vno hoc verbo facere sibi queat, etiam si concionem nullam aliam audiret. Qui enim gaudio non affici posset, si hanc nostram lucem cum prioribus & priscis tenebris, hanc diem cum priore die antiqui & primi Adami conferat? Quid fuit tristius die Adami? Quid lætius die Christi? Secundo, quomodo non vtile & salubre fuerit deum laudare pro omnibus beneficiis, quæ in nos contulit? An non satisfactum huic festo esset, si quod nunc dictum est omnes pariter faceremus? At verò pauci sunt, qui natalem Christi tam altè cõsiderent. Densissimæ noctis tenebræ, quæ olim Bethleemitas occuparat, cum primum lux & sol oriretur, nos quoque infestat. Quamobrem ad simplicium vtilitatem, latius paulò de hoc festo dicendum mihi putavi, si fortè maior deuotio & gratitudo in iis excitari possit. Quò autem id fiat citius & maturius, alteri meas dicendi partes delegabo & tali, cuius verba olim instar facis & ignis in cordibus fidelium flagrabat. Is S. Bernardus est, qui hac vice hodiernum festum & gaudium nobis annuntiare & depingere debet. Vtinam illum aliosque veteres ecclesiæ doctores tanto studio & diligentia legeremus ac audiremus, quanta legimus & audimus quosdam ex neotericis, maiorem haud dubiè in nobis deuotione cognituri essemus. Inique & mendaciter optimi patres traducuntur, quasi de Christo nihil docuerint, istam maledicorum improbitatem solus Bernardus satis redarguere potest. Audi itaque nunc, quomodo olim de Christo nostro prædicarit. Sonuit vox lætitiæ in terra

Psalm. 117.

Bern.

N 5 nostra

POSTILLA F. IOAN. FERI

nostra: vox exultationis & salutis in tabernaculis peccatorum. Auditum est verbum bonum, verbum consolatorium: sermo iucunditate plenus, dignus omnium acceptione. Iubilare montes laudem & omnia ligna sylvarum. Plaudite manibus ante faciem domini: quoniam venit. Audite coeli & auribus percipe terra: obstupefce & lauda vniuersitas creaturæ: sed tu magis ô homo. **I E S V S C H R I S T V S** filius dei nascitur in Bethleem Iudæ. Quis tam lapidei cordis, cuius anima non liquefacta sit in hoc verbo? Quid annuntiari dulcius poterat? quid delectabilius commendat? Quid tale vnquam auditum aut quid simile aliquando mundus accepit? **I E S V S C H R I S T V S** filius Dei nascitur in Bethleem Iudæ. O breue verbum de verbo abbreviatum, sed celesti suauitate referrum. O natiuitas illibata sanctitate honorabilis mundo, amabilis hominibus collati magnitudine beneficii, inuestigabilis etiam angelis sacri profunditate mysterii, & in his omnibus admirabilis. Fratres, generationem istam quis enarrabit? Angelus nuntiat, virtus obumbrat altissimi, superuenit spiritus, virgo credit, fide cõcipit, virgo parturit, virgo permanet. Quis nominetur? Nascitur altissimi filius, Deus de Deo genitus ante secula, nascitur verbū infans, quis vel satis miretur? Nec sanè otiosa natiuitas, aut infructuosa dignatio maiestatis. **I E S V S C H R I S T V S** filius Dei nascitur in Bethleem Iudæ. Vos qui in puluere estis expergiscimini & laudate: ecce Dominus veniet cum salute. Venit cum salute, venit cū vnguentis, venit cum gloria. Neque enim sine salute **I E S V S**, neq; sine vñctione **C H R I S T V S**, nec sine gloria venit dei filius. Siquidem ipse salus, ipse vñctio, ipse gloria. Felix anima quæ gustato salutis fructu trahitur & currit in odore vnguentorum, vt videat gloriam eius, gloriam quasi vñcti geniti à patre. Respirete perdit, venit **I E S V S** quærere & saluum facere quod perierat. Morbidi conualecite, venit **C H R I S T V S**, qui contritos corde sanat vñctione misericordie suæ. Exultate quicumq; estis grandia concupiscentes, descendit ad vos filius Dei, vt faciat vos coheredes regni sui. Ita obsecro sana me domine & sanabor, saluum me fac & saluus ero: glorifica & ero gloriosus. Sic nempe benedicet anima mea dominum & omnia quæ intra me sunt nomini sancto eius: cum propitiatus fueris omnibus iniquitatibus meis, sanaueris omnes infirmitates meas, repleueris in bonis desiderium meum.

Hæc

Esa. 53.

Luc. 1.

Io. 3. 1.

Luc. 19.

Esa. 61.

Hier. 17.

Psal. 102.

Hæc tria dilectissimi, sapit mihi, quod audio, nasci Iesum Christum filium Dei. *Mat. 8.*

Quare enim vocamus nomen eius Iesum, nisi quia ipse saluum faciet populum suum à peccatis eorum? Aut quare CHRIS TVS nominari voluit, nisi

quia oportet rescere faciet iugum à facie olei? Quare filius Dei

factus est homo, nisi vt homines faciat filios Dei? Volunta-

ti autem eius quis resistit? Iesus qui iustificat, quis est qui cõ-

demnet? CHRIS TVS qui sanat, quis est qui vulneret? Fi-

lius Dei qui exaltat, quis est qui humiliet. Nascitur ergo

Iesus, gaudeat quisquis ille est, quem perpetuæ damnatio-

nis reum adiudicabat conscientia peccatorum. Excedit quippe

pe pietas Iesu omnem criminum quantitatem seu numero-

sitatem. Nascitur CHRIS TVS, lætetur quicumque vitiis ex-

pugnabatur antiquis. Siquidem ante faciẽ victionis Chris-

ti, nullus omnino stare poterit morbus animæ, quamlibet

inueteratus. Nascitur filius Dei, exultet qui magna solet de

fiderare, quia magnus remunerator aduenit.

Frates hic est hæres: deuotè suscipiamus eum, sic enim & *Mat. 22.*

hæreditas nostra erit. Qui enim propriũ filium dedit, quo-

modo nõ omnia nobis simul cum illo donauit? Nemo dis-

credat, nemo hæsitet, habemus testimonium credibile ni-

mis: Verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Fratres

habere voluit vnigenitus Dei, vt esset in multis primogeni-

tus ipse, vtiq; nihil hæsitet pusillanimitas ipsa fragilitatis hu-

manæ, prius ipse factus est hominum frater, factus est ho-

minis filius, factus est homo. Si & hoc homo iudicat incre-

dibile, fidem asruunt oculi. IESVS CHRISTVS na-

tus est in Bethlehem Iudæ. Et vide dignationem. Non in

Hierusalem ciuitate regia, sed in Bethlehem, quæ minima

est in millibus Iudæ. Nec otiosum quod additur Iudæ, si-

quidem admonet nos eius quæ ad patres facta est repro-

missio. Non auferetur (inquit) sceptrum de Iudæ, & dux

de femore eius donec veniat qui mittendus est, & ipse erit

expectatio gentium. Salus quippe ex Iudæis: sed salus vtiq;

ad fines terræ.

Hucus admonemur per verbum Bethlehem Iudæ, nimis

rum has & cæteras similes prophétias impletas in Christo.

Sanè quod ad nos pertinet discimus etiam ex hoc, quæ ad-

modum suscipi velit, qui in Bethlehem voluit nasci. Consy-

dera denique quod in Bethlehem Iudæ nascitur: & sollici-

tus esto, quomodo Bethlehem Iudæ inueniatis: & iam

neq;

POSTILLA F. IOAN. FERI

nec in te quidem suscipi dedignatur. Bethleem quippe domum panis, Iuda sonat confessionem. Si itaque diuini verbi pabulo animam nostram repleuerimus & in ea id conseruauerimus, & extrinsecus illud ore ac vita, verbis ac operibus confessi fuerimus, certissimum argumentum est Iesum Christum in nobis quoque natum esse & habitare. Ad hunc modum olim sanctissimus Bernardus de festo natalis Christi predicauit. Quid ab homine Christiano diuinius & magis pium dici potuit? Id eo indicare volui, ut omnes viderent, quam honorifice cum angeli tum homines, cum veteres tum recentiores de natiuitate Christi predicarint, & ob id ad omne deuotionis ac pietatis studiū incitati sint. Deus Opt. Max. det nobis oibus suā gratiā. Amen.

SERMO SEXTVS

Monstrat Christum verum esse Messiam, verum Deum & hominem.

PER Aduentum hactenus audiuitis, quale in ecclesia nostra doctrina initium habuerit, nimirum primo admoniti sumus, quod tota scriptura omnesque

Prophetae iam inde ab initio vnum Messiam designarint, in quo solo omnium hominum salus & profectus situs esset, & qui solus filios Dei primo a peccatis, deinde a morte esset liberaturus, ac postremo cum illis in coelestem Hierosolymam migraturus eisque dominaturus. Hoc primis duabus dominicis admoniti sumus multis est scripturis & veteri testamento sententiis allatis ad indicium, ut qui in Christiana doctrina proficere velit & non hallucinari eum ante omnia circumspicere oporteat de vno Messia & ab eo solo bona omnia expectare, nempe remissionem peccatorum hic, & post hoc tempus resurrectionem corporis & vitam immortalem. Istud, inquam, primis duabus Dominicis indicatum nobis est, & demonstratum, non nouam esse eam doctrinam, sed illud ipsum, quod omnibus bonis & fidelibus iam inde ab initio predicatum & annuntiatum est. Et hoc Christianae doctrinae basis & fundamentum est. Postremis deinde duabus Dominicis ostensum nobis est, quomodo super fundamentum aedificare & quomodo parati esse debeamus. Haec omnia ante natalem Christi nobis proposita fuere.

Sed nunc maiore cum seueritate negotium agitur, ostenditur iam nobis ipsa persona Messiae & Saluatoris, non tantumquam qui adhuc futurus sit, sed iam venerit. Huius spes no

his facta est toto hesterno die, hodie scitote, q̄ Dominus ve-
niet, & manē videbitis gloriam eius. O Iuda & Hierusa-
lem, nolite timere nec pauceis, cras egrediemini cōtra hos-
tes vestros, & Dominus erit vobiscum. Ad hæc nobis ho-
die quamprimum in principio matutinarum acclamarum
est, Christus nobis natus est, Venite adoremus, & in sum-
mo huius diei sacro ex Esaia: Paruulus natus est nobis, &
filius datus est nobis, &c. Et in Epistola: Apparuit nobis be-
nignitas & humanitas Saluatoris nostri dei, non ex operi-
bus iustitiæ, quæ fecimus nos, sed secundum suam miseri-
cordiam saluos nos fecit, &c. Et in Euangelio: Verbum ca-
ro factum est & habitauit in nobis, &c. Hoc, inquam, no-
bis hodie acclamatur, nec immeritò, nam hæc illa dies est,
in qua omnia ista facta sunt. Hæc dico dies illa est, in qua
Messias seu Christus primum apparuit. Hæc dies illa est,
quam Patres & Prophetæ tam diu tantisq̄ votis expecta-
runt, vt dicerent: Vtinam dirumperes cælos & descende-
res, &c. Hæc dies illa est, quam Deus ipse multis temporibus
ante prædixerat, cum ait: In tempore placito exaudiam te,
& in die salutis auxiliabor tui. Et iterum: Diceris in die il-
la, confitemini domino, & inuocate nomen eius, notas fa-
cite in populis adinventiones eius, quia iratus erat & con-
uersus est furor eius, imò fortitudo nostra est, & factus est
nobis in salutem, &c. Hæc est illa dies, de qua rursus Esaïas
canit: Lætabuntur coram te, sicut qui lætantur in messe, si-
cut exultant victores capta præda, quando diuidunt spo-
lia. Quapropter etiā hodie passim nobis annuntiatur gau-
dium. Nolite timere, inquit Angelus, ecce enim euāgelizo
vobis gaudium magnum, &c. Consolamini, consolamini,
popule meus (dicit Deus in Esaia) quoniam dimissa est ini-
quitas vestra. Eiusmodi adhortationes hodie habemus plu-
rimas. Vnde liquet nos iam ad præcipuum Christianæ do-
ctrinæ caput peruenisse, & hic pedē figere debemus, in hoc
summa rerum posita est, vt personā noscamus. Quid enim
gaudij nobis adferre potest, q̄ scriptura præclara multa de
Messia prædicet, cum quis sit ignoremus?

Iudæi quoq̄ norūt de Messia loqui, sed personam osten-
dere non possunt. Ob ipsam scilicet personam iam inde ab
initio grauitèr impeerunt & lapsi sunt, seq̄ ipsos & alios
risui ac damno exposuerunt. Nam vbi quid noui erat, illico
arripiebant, Messiam esse asseuerantes. Eua cum filium par-
ceret primogenitū, opinabatur esse semē illud promissum,

idcir:

Exo. 10.

2. Par. 20

Esa. 9.

Tit. 3.

Ioan. 1.

Esa. 64

Esa. 49.

Esa. 12.

Esa. 9.

Luc. 2.

Esa. 40

Gen. 4.

POSTILLA F. IOAN. FERI

idcirco dicebat, possedi hominē per deum, sed opinio eam
longē fefellit. Cum Ioannes predicare inciperet, statim ade-
Ioan. x. rant Iudæi arbitrari Mesiā esse, sed decepti erant, Ioannes
ipse aliter eos docebat. Postea oriebantur quidam, qui Mes-
Act. 5. siam se profluentes magnum hominum numerum in suam
factionem attrahebant, vt Theodas & Iudas Galilæus, sed
infelicem exitū habuere, & multos secum in perniciem per-
traxerunt. In primis verō tēpore Adriani Imperatoris post
Hierosolymam euersam dissipatis dudum in terras oēs Iu-
dæis, legitur extitisse quidā noīe Cochab, qui multitudinē
ad se pelliciens Mesiā se iactabat, eoq; rem deducebat,
vt Iudæi iam crederent se certum habere Mesiā, qua de
causa quoq; Romanis sese opponere incipiebant, sed ad ex-
tremum ad vnū omnes interfecit sunt, nō erat vera perso-
na. Ideo dico plurimū referre, vt persona Mesiæ sit cogni-
Luc. 2. ta. Atqui in hodierno euangelio habetur, q̄ angelus de cœ-
lo euangelizet & nuntiet pastoribus, Mesiā verum dñm
& saluatore nātum esse in Bethleem, puellum, demonstrat,
Mat. 2. quē Maria genuerat, & in præsepi locauerat, iubet eos illuc
ire inuenturos infāntē, qui Mesiās esset. Paulō post stella
Magos quosdā ad puerū ducit, & qd angelus ac stella mo-
do de puero testantur, id postea Ioannes verbis expressis &
variis fecit, sicut in Aduentu auditū. Testatus quoq; de illo
est Deus pater sua voce & miraculis. Ad hæc etiā in illo im-
pletum inuenitur, quicquid vnquā Prophetæ de eo prodix-
Ioan. x. erunt oraculorū. Hinc iam cōsequitur hunc nostrū Iesum
Nazarenū nātum in Bethleem verā esse personā vnici Mes-
ibidem. siæ, cui rei tutō fidere possumus. Breuiter, inuenimus Mes-
siā. En, hoc sibi vult istud festum, & ideo tanta cū celebri-
tate ac lætitia institutū est. Iam hoc restabit, fratres dilectis-
simi, vt postquā personam nacti sumus, discamus rectē eos
gnosce, atq; ea vti eamq; in nostrū vsum adhibere. Quā-
obrem susus paulō de Natali Christi mihi dicendū duxi,
vt tanto magis confortemur in fide in Christū, & charitas
omnisq; pietas in nobis ardeat.

Dixi sanctam Christianitatem nihil habere certius, & q̄
Iesus Nazarenus, qui iuxta Græcorum supputationem cen-
tesima nonagesimatertia olympiade, sed iuxta vaticinium
Dan. 9. Danielis sexagesimasexta annali hebdomade, quadagesi-
mossecundo anno Cæsaris Augusti, in Bethleem ex Maria
virgine natus est, verus & vnicus Mesiās sit. Et de hoc glo-
riari possumus aduersus Iudæos & Gentiles, & audacter cō-
tere:

ubi

mere:

mere: Christi pugna fortissima, salus nostra est vera, necnō ad illum orare: Christe fili patris vnigenite, qui propter nos humanam naturam assumpsisti, conseruare & promouere digneris nos inuocantes te, & quemadmodum naturam nostram assumpsisti, ita quoque nos tuæ diuinitatis participes facias. Adeo nō dubitamus nos habere verum Messiam, sed curare diligenter nos oportet, vt de illo longe aliter sentiamus & eum pluris æstimemus, quā Iudæi. Etenim hi quoque Messiam credunt, verum duobus in locis errant, priuō non credunt eum Deum esse aut fore, quod nimis humiliter de Messia sentire est. Quid enim homo memorabile præstare potest? Atque adeo hinc patet, quā propriarum scripturarum ipsi planē rudes & ignari sint, præterea nihil aliud sperant de Messia, quā quod temporale est, nimirum quod sit liberaturus ipsos ab hostibus, ex omnibus nationibus, in quas dispersi erant, eos collecturus iterū ac reducturus in terram ipsorum, ciuitatem & templum reparaturus, & dominium illis collaturus in omnes populos & ita temporaliter in hoc mundo omnium rerum potiturus, vt omnes reges supplices eum & populum eius venerari cogantur. Iam egregiā de suo Messia spem habent. Quæ res satis indicat populum esse carnalem prorsus & intus pecudis, qui relicto spirituali, imō æterno, temporale accipit. Et quoniam CHRISVS voti & temporalis eiusmodi felicitatis compotes non fecit, nolunt etiā ab eo quod spirituale est.

Verum enimuero maius quiddā de Messia aut Christo sentire ac sperare nos conuenit, quā vt temporalia nobis largiri duntaxat & homo esse possit. Si cæcus populus non nisi consideraret quæ nomina Messiae in scripturis tribuantur, necessario cogniturus esset eum aliquid homine sublimius esse & plus ab eo esse expectandum quā temporale, nec illorum solum sed gentibus etiam communem esse. Rogas, quæ igitur nomina habeat? Esaias nominat eū Emmanuel, Nobiscum Deus, nominat eum mirabilem consiliarium, Deum fortem, Patrem futuri seculi, Principem pacis. Ieremias vocat eum Dominum nostrum iustum. Ezechiel appellat illum germen iustitiæ, vnicum pastorem Israël. Dauid nominat eum Dominum suum & filium Dei, Regem in monte Sion, vinctum Domini, & cætera. Eiusmodi nominibus scriptura referta est, quæ omnia illustria & magnifica sunt, vt etiam vel puer possit videre, quanti

Esa. 7.

Esa. 9.

Ier. 23.

Ezec. 34.

Psal. 2.

quanti

POSTILLA F. IOAN. FERI

quanti promissus Messias faciendus sit, & q non solum ho-
minem, verum etiam Deum esse eum oporteat. Et quid de-
monstratione multum opus est? Tria de illo scriptura aper-
tissime indicat. Primo, q non tantum homo, sed Deus quoq
sit. Secundo, q non modo temporalia, sed etiam spiritualia,
idq potissimum conferat atq adeo etiam æterna conferre
possit. Tertiò, q regnum ipsius non ad tempus duraturum sit
& postea finem habiturum, sed æternum futurum ac stabile.
Talem esse Christum nostrum existimare debemus & accepta-
re, nec alium eum inuenimus, quando scripturas inspiciamus,
quæ fasciæ sunt, quibus puellus hic inuolutus est, quem ta-
men non quivis conspicit, nisi apertis fasciis, vero funda-
mento scripturarum ingrediatur. Quod ut verum esse in-
telligatur, aliquot exempla recensebo.

Gen. 3. In primo libro Mosi scriptum habetur, quod quamprimum homo serpentis astutia seductus & lapsus esset, illi promiserit Deus de muliere semen, quod serpenti caput esset contritum. Qualis iam ille fuit serpens, Deus hoc loco non loquitur de serpente, qui humi reptat. Minime. Leue hoc esset, tali serpenti caput diminuere, de eo serpente loquitur Deus, qui vniuersum mundum deuorat. Diabolus est, qui totum humanum genus labefecit. Et quid est ipse caput? Peccatum est & mors, imò malitia ipsius est & versutia, qua homini imposuit, & illius potestas, qua homini dominabatur. Iam verò dicit Deus, quod serpenti, homicidæ, peccatorum auctori caput confringi, hoc est, peccatum & mors dissipari, vita & iustitia reduci debeat, idq futurum per mulieris semen. Et hoc indicium est, eum hominem esse oportere. Alioqui enim non esset mulieris semen. Quoniam

LUC. 1. verò non viri alicuius, sed mulieris semen dicitur, argumentum est eum de virgine, quæ viri expers esset, nasci debuisse: & quia Deus huic semini potestatem dat, ut peccatum & mortem pellat, vitam & iustitiam substituat, probabile est eum quoq Deum esse oportere. Etenim peccatum & mortem tollere, iustitiam ac vitam dare opus est, non creaturæ aut angelis alicuius sed solius dei. En, sic inuenimus in panniculo isto aspernabili, in perbreui verbo, Messiam latere cum vera ipsius conditione, nempe, q homo sit ex virgine natus, & simul quoq Deus.

Gen. 22. Aliud exemplum. Abrahamo dicebatur: In semine tuo benedicentur omnes gentes terræ. Hæc alia promissio est, una ex fasciis quoque, quibus Christus verus Deus & ho-

ino inuolutus latitat. Nemo facile credat, qui panniculum hunc, breue verbum exterius aspiciat, in eo cōdi Messiam, verum si explicetur, pulchrè apparet. Primo enim hæc benedictio non pro re leui habenda est, non humana benedictio est, qua alter alteri bene precatur, multo minus nigromantica, qua incantationes exercentur. Hæc benedictio nō constat nudis verbis, sed talis est, quam effectus ipse statim subsequitur, viua & efficax benedictio, quæ homines viuos, iustos, sanctos & beatos facit. Idq; non vni tantum sed omnibus gentibus promissum est. Quod si igitur Messias hæc benedictionem non in vnum aliquem, sed in omnes homines trāsfundere debet, rursus inferitur eum esse deum oportere. Si præterea ex Abrahami semine oriundus esse debet, rursus colligitur eum cum diuinitate simul humanitatem cōiunctam habere. En rursus inuenitur, q̃ Messias sit Deus & homo ac nobis Gentilibus nō minus quàm Iudæis promissus.

Aliud exemplum. Ad Dauidem ait Deus per prophetam Nathan : Cum completi fuerint dies tui, & dormieris cum patribus tuis, suscitabo semen tuum post te, & firmabo regnum eius. Ipse ædificabit domum homini meo & stabiliā thronum regni eius vsq; in sempiternum, ego ero ei in patrem, & ipse erit mihi in filium. Hæc domus non potest esse templum Salomonis, quis enim deo pro sua persona ædificet domum, cum tantæ sit magnitudinis, vt cœlum sit sedes eius & terra scabellum pedum ipsius, atq; adeo cœlum & terram impleat? Quod si igitur Messias ædificare debet deo domum, in qua habitet, cœlo & terra maior sit necesse est. Quæ autem illa est domus? Sancta christiana ecclesia est & communio seu collectio omnium sanctorum, cuius magnitudo tanta est, vt ab vno orbis termino ad aliū protendatur, imò omnes cœlos excedat. Hæc domus sempiterna est, & in hac habitat Deus. Qui verò domum hanc extruere debebat, eum Dauidis filium esse oportebat. Quia autem domus melior & magnificentior esse debebat, q̃ cœlum, terra ac insuper sempiterna, necessum est, vt is qui talem domum erigit etiam sit Deus. Non enim homo, non angelus quispiam talem ædificare domum possit. Iterum hic vides, q̃ commodè Christus sese spectandum exhibeat in fasciis, hoc est, in sacris scripturis.

Eiusmodi exēplis plena est tota scriptura, vt cum inquit David: Dixit dominus dño meo, sede à dextris meis, &c. In

2. Reg. 7

Esa. 66.
Hier. 23

Psal. 110

POSTILLA F. IOAN. FERI

his verbis Dauid de nullo alio loquitur, quam de Messia, qui suus & filius est & dominus. Alii quidem filii ipsius fuerunt, sed non domini. Quid ergo hic Dauidis filius & dominus facere debet? Sedere debet à dextris dei, idque deo volente. Quid autem est à dextris dei sedere? æqualem cum illo in sedendo obtinere dignitatem, nam qui à dextris alicui sedet, is altero nec superior nec inferior sedet. Quare si Messias à dextris dei sedere debet, æquum est ut cælum ipsius sedes, terra scabellum pedum eius non minus sit, quam Patris. Denique si tam magnus est Messias, non aberit, quin sit etiam Deus. Simile quiddam habemus in Esaia hunc nimis

Esa. 9.

rum in modum: Puer natus est nobis & filius datus est nobis. Sed sequitur statim, & vocabitur Deus foris. Et paulo post: Super solium Dauid sedebit in sempiternum. Et in Da-

Dan. 7.

niele legitur quidam oblatus in conspectu dei, tanquam dei filius, huic dedit Deus omnem potestatem, honorem & regnum, ut ipsius potestas esset æterna, &c. Vides in his ambobus locis Messiam hominem esse debere, & tamē regnum æternum habiturum, quod nemini contingit, nisi idem sit Deus. Vnde rursus consequitur Messiam seu Christum deum & hominem esse oportere. Sic quoque alibi dicit Daniel, quod per Christum adduci debeat sempiterna iustitia, aut, ut

Dan. 9.

Esa. 51.

Esaías ait, æterna salus. Cæterum quæ creatura est, quæ æternam salutem instituere possit? Nulla. Solus Deus potest. En, sic ubique apparet, quod Christus noster Messias in fasciis, hoc est, in sacris literis absconditus iaceat.

Luc. 2.

Eamus itaque cum pastoribus visum verbum, imò opus, quod hodie nobis Deus fecit ac exhibuit, nobis dico, multi enim adhuc in tenebris agunt & dormiunt, qui digni non sunt, ut tale videant, nobis autem reuelatum est. Quis que curet, ut ponē præsepe inueniatur. Nusquam admiranda magis videbis, nusquam iucundiora audies, nusquam maiora bona consequeris, nusquam vtiliora discēs. De mirabilibus operibus, quæ Deus circa hanc natiuitatem fecit, in aliis concionibus dictum est. An non mirabilia sunt eum

Psal. 47

Exo. 3.

Esa. 52.

Deut. 4

qui antea magnus Deus appellabatur, nunc vocari Emmanuel, Nobiscum Deus? qui antea sese abdebat, nunc dicere, ego ipse qui loquebar ecce adsum. Moses pro magno miraculo & singulari gratia ducebat, quod Deus ipse desuper de cælo cum populo colloquium misceret. Interroga, inquit, si facta est aliquando huiusmodi res, aut vnquam cognitum est,

est,

IN DIE NAT. CHRI. SER. VI. 106

est, ut audiret populus vocem domini dei loquentis de medio ignis, &c. Nunc verò palam conspiciendum se prae-
acinter mortales versatus est. An non etiā magna bona
sunt, gratia, pax, salus & vita? Vbi autem ea certius, mino-
re sumptu & labore inueniuntur, quā iuxta praesepe Chri-
sti? Etenim salubris doctrina est, quicquid ibi vel videtur
vel auditur. Angeli docent nos laudes dicere deo, pastores
docent nos non otiosi in rebus spiritualibus, vagitus Chri-
sti, docet nos plāgere peccata nostra, paupertas ipsius docet
nos temporalia & visibilia haec contemnere, humilitas il-
lius docet ut & nos humiliemur sub potenti manu Dei.
Nox in qua natus est Christus docet nos non sectari mun-
danos honores & gloriam, hyems & albor, quā Christus
in teneris suis membris sensit, docet nos ne carnis volup-
tibus studeamus in peccatis &c. Si itaque veri sumus Chri-
stiani, in signum gratitudinis confiteri hodie cum Davide
debemus, ingens beneficium & gratiam, quā hodie nobis
contigit, bonitatem dei admirari illumq; semper laudare
& amare, Amen.

1. Pet. 5.

SERMO SEPTIMVS

Habitus anno M. D. & XLV L. agit de prophetia Da-
nielis cap. ix.

E Quidem spero nec dubium mihi vllum est, nemis
nem nostrum tam imperiti esse, quin fateatur ho-
diernum diem meritō cum omni laetitia & celebra-
tate in ecclesia peragi, postquam in iam dicto euan-
gelio audimus, q̄ Deus hodierno die gaudium nobis coeli:
tū nuntiari curarit, & nobiscum gauisa sit tota caelestium
spirituum militia. Verum non temerē fieri arbitror, quod
Deus hoc potissimum die commune omnibus mortalibus
gaudium annuntiari & proclamari voluerit. Et sanē ma-
gnū quiddam significare videtur, quod sanctissimi an-
geli hoc ipso die tale gaudium ostenderint & declararint,
nec enim antea vel post vnquam simile visum est. In nulla
historia legis deum vnquam eiusmodi gaudium nuntiari
curasse, & angelos tanto cum applausu apparuisse. Ange-
lus domini, inquit Lucas, stetit iuxta pastores, & claritas
dei circumfulsit illos, &c. Subito quum nuntium suum ex-
pediuisset angelus, facta est cum illo multitudo militiae
caelestis laudantium deum, &c. Talia certē haec sunt, qua-
lia nullis vnquam historiis prodita leguntur. Quis igitur
dubi-

Luc. 2.

Ibidem.

POSTILLA F. IOAN. FERI

dubitare potest, quin ad eum diem fortuna totam se nobis impenderit, quia Deus simul & angeli tam benigniter & amice sese erga nos exhibuerunt. Et ita quoque res sese habet: Omnis nostri hodierni gaudij omniumq; bonorum origo est, qd nobis saluator natus est, nimirum Christus dominus, & talis saluator, qui nō solum deo suum honorem, sed nobis quoq; terrigenis pacem asseruit. Et quid hominē iustius exhilarare possit in terris, quid verō iustius oporere possimus, qd vt Deus suum honorem debitū, nos autem pacem possideamus? Cæterum hic verus dei honor est, vt agnoscatur, habeatur & colatur non tanquam summus opifex, sed etiam conseruator omnium rerum, non tanquam omnipotens iustus, verumetiam vt verax misericors deus, non tanquam iudex, sed etiam pater. Porro hæc vera hominis pax est, quando scit & illi conscientia sua dicitur, qd sibi cum deo cōueniat, alioquin veram tranquillitatem nemo habere aut consequi potest. Iam verō ab vtrique parte diabolus hoc effecerat, vt nec Deo suus honor à creaturis deferretur neq; homines veram pacem obtinerent. Mundū diabolus adeo erroribus oppleuerat vt nemo vel pauci admodū essent, qui dei cognitionē haberēt. Et licet essent, qui aliquid de deo scirēt, nihil tamē egregij ab eo sperare poterant. Insuper diabolus ita hominē in peccatū precipitauerat, vt non solum non pace frui posset, sed nil nisi anxietas, pavor & trepidatio perpetuo illū corripere. Hodie autem saluator nobis natus est, qui ambo cum Deo suum honorem, tum nobis pacem reportauit. Ego clarificaui te (inquit ad deum) hoc est, mundo ego ostendi & manifestaui, quantam de te spem concipere queat, ad nos verō ait, Confide filij, remittuntur tibi peccata tua. Et rursus: In me habebitis pacem, Confidite, ego vici mundum. Hæc qui secum

Ioan. 17.

Mat. 9.

Ioan. 16.

animo reputat non mirabitur, nec vitio vertet, qd nos Christiani hunc diem tam solenniter & tanto cum gaudio celebremus & hilari voce simul canamus, Grates nunc omnes reddamus Domino Deo, qui sua natiuitate nos liberauit de diabolica potestate. At si quis adeo simplex sit aut oscitabundus, vt necdum animaduertere nec possit nec velit, qd nos Christiani hodie meritō gaudeamus deoq; agamus gratias, is sibi antiquos Israelitas proponat, videbit procul dubio iustissimis de causis nos Christianos hodie gaudere.

Primo namq; quomodo probi inter illum populum bono esse animo potuerunt, cum propter regum suorum impietatem

pietatem nō modo rerum suarum temporalium iacturam
 parerentur, sed templum quoque suum & dei cultum amie-
 terent? Quoties in tanta calamitate ad deum clamasse eos
 credere par est? Quoties secum cogitarunt, vtrinam pristi-
 nam pacem & dei cultum recuperassent. Contra autem,
 quantum gaudii ortum inter illos fuisset, si quispiam ve-
 nisset, qui hæc duo illis restituisset? At quid dico de Israël
 eis? Tantum consideretur præsens mundi cursus, quid pas-
 sim aliud auditur, quàm vtrinam pacem haberemus? Quid
 magis omnes queruntur, quàm quod ad miseriam extremam
 tot pauperes rediguntur? Quid aliud timetur magis, quàm
 quod eiusmodi inauspicati mali nondum fortè sit futurus
 finis? Contra autem, quantū illis gaudii allaturum fuerit,
 qui in tali metu constituti sunt, si quis addit & eis pacem
 annuntiet? Quantū gaudii exciteretur apud illos, quorum
 res ad restim rediit & quorū bona depopulata sunt, si quis
 veniret, qui cum fœnore omnia redderet? Hoc considera,
 & videbis quod iusta de causa omnia apud nos hodie gaudio
 perfestrepant & cum magna veneratione natalem Christi ce-
 lebremus. Si talem metum & animi perturbationem, tale
 damnum & exitium, talem gemitum & planctum adfert,
 ubi hominū inimicitiz habendæ sunt, quid gaudii quidve
 boni apud nos esse potuit, cum pariter omnes in ira dei ef-
 femus, cumque non homo sed Deus ipse acerrimo suo iudi-
 cio nos vrgeret? Rursus si tantum gaudium adfert miseris
 & afflictis, ubi post diuturna bella, calamitatem & metum,
 temporalis pax illis nuntiatur & conceditur, nos quid læti-
 tiz capere inde debemus, quod angeli hodie nobis pacem de
 cælo annuntiant? Imò quod CHRISTVS verus Salomon
 & author pacis nobis natus est, & nullā aliam ob causam,
 quàm ut pacem redintegraret & omnem simultatem tolle-
 ret. Ita enim per Dauidem promiserat ac prædixerat: Pro-
 pter miseriam inopum & gemitum pauperum nunc exur-
 gam, ponam in salutari, fiducialiter agam in eo.

Psal. lxx.

Hæc aduentus ipsius causa fuit, idque apertè Prophetæ de-
 monstrarunt & proclamauerunt, vnus sic, alius aliter, quem
 admodum in aliis concionibus ostendi. Quid vtilius face-
 re possemus, quando hoc euangelium de natiuitate Chri-
 sti audimus, quàm ut interim etiam cogitaremus, quid de
 illa Prophetæ quoque scripserint? Quāquam hoc ipsum
 facit ecclesia hodie, tria leguntur euangelia hodie & apud
 vnum quodlibet prophetia, id in eum denique finem fit,

POSTILLA F. IOAN. FERI

ut videatur, q omnes prædicationes tam veteres quam nouas nobis vnicū Christum monstrent, & per illum verum gaudium, pacem omniumq; bonorum vbertatem promittant. Quamobrem postquā superstites sumus & natalem Christi videre contigit, & scriptura de eo passim honorificè loquitur, paulò latius de eo quoq; dicere institui. Sed bi nos quoq; alterum iuxta alterum statuam, nempe prophetam & ecclesiæ doctorem. Ex prophetis Danielelem, ex ecclesiæ doctoribus diuum Bernardum, qui abundè docebunt, quid boni nobis in terris natalis Christi attulerit, & id faciam totum in eum finem, vt tali gratia tanto magis fruamur & diligentius Deum laudemus eiq; gratias agamus. Audi itaq; quid Daniel de natali Christi scribat.

Hier. 29

Cum Daniel vnā cum reliqua Iudaici populi multitudine in captiuitate Babylonica esset, & secum animo reputaret, quod Hieremias dixerat, captiuitatem vltra septuaginta annos non duraturam & cognosceret iam illum annum numerum exactum esse, tanto propterea maiore ardore orationibus vacare cepit clamans ad deum & obsecrans, vt promissionis suæ memor & ipsos ab exilio liberare vellet. Adhuc me loquēte in oratione mea, inquit, ecce vir Gabriel cito volans tetigit me, dixitq; : Daniel nunc egressus sum vt docerem te & intelligeres : tu autem animaduerte sermonē & intellige visionem . Septuaginta hebdomades abbreviatae sunt super populum tuum & super urbem sanctam tuam, vt cōsummetur præuaticatio & sine in accipiat peccatum & deleatur iniquitas & adducatur iustitia sempiterna, & impleatur visio & prophetia : & vngatur sanctus sanctorum. Vna hæc prædicatio est de natali Christi, quam Daniel fecit vel potius angelus ad Danielelem, & idem ille angelus, qui etiam in nouo testamēto natalem Christi primus annuntiabat, primo Zacharia in templo, deinde virgini omnium beatissimæ, nimirum sanctus Gabriel. Et is quoque Danielelem iubet esse attētum, quasi diceret: Vir desideriorum tu es, honoris dei cupidus es & redemptionis populi tui ex captiuitate Babylonica, scire aues, quādo Deus per suam pietatem, veritatē & dei cultum Hierosolymis rursus instaurare velit. Age, propterea adsum, vt tibi hoc significem neque hoc solum, sed etiam maius quiddā. Quid enim est, etiam si in Babylonia liberati in patriam terram reuertamini? Nondū hæc vera libertas est, nec perpetua. Ego dicam tibi de vera salute & redemptione, quæ perpetua

Dan. 9.

Luc. 1.

dura

duratura est & vniuerso mundo continget. Quapropter animo fidenti sis vir desideriorum, res opinione felicius cedet. Veniet tempus, in quo vos fideles non modò ex Babylonē liberati eritis, sed etiam à peccatis, non solum versus Hierosolymam, verum etiā in eorum profecturi sitis auxilio Messiae. Hoc cogitare debes, hoc tu & omnes homines quamprimum optare deberis. De temporali liberatione non est, q̄ sis sollicitus, vicina iam illa est, Deus nō obliuiscetur quod per Hieremiam promissit, hæc captiuitas septuaginta annos solum durabit. Nondū id vobis sat est, quādiu in peccatis & diaboli potestate detinemini. Alia sit oportet liberatio, quā nullus Cyrus aut Darius faciet vel instituet, sed filius Dei Messias. De hoc tibi dicam.

Primo enim sunt septuaginta hebdomades præfinitæ vñ que ad illud tempus, hebdomades dico, quarum vna non septem diebus, sed septem annorū spatium habet, quæ simul collectæ annos faciunt quadringentos & nonaginta. Tam diu & nō amplius externus status vestri templi & ciuitatis, dei cultus & sacerdotij permanens est: nam super hoc septuaginta septimanæ abbreviatæ sunt & subductæ. His annis euolutis, certò aderit Messias, & verū iubilæū instituet. Tum templo vestro, sacerdotio & vñctione non amplius opus habebitis, nam est & vocatur Sanctus sanctorū, solus omnia expediet, ipsemet verū templum & altare, sacerdos & victima erit, illum enim Deus regem & sacerdotē æternū vnget. Tum Adami præuaricatio expiabitur, hoc est, peccatum originale, tum etiā peccata vestra actualia tegētur, solentur, & sanguine pretiosissimo delebuntur, ois deniq; malitia & violenta potestas diaboli finem habitura est. Cōtra autē adducetur vobis iustitia sempiterna. Morietur enim propter admisa vestra, & resurget ad iustificationem vestram, imò ipse erit iustitia, sapientia, sanctificatio & redemptio vestra. Denique vt vno verbo omnia complectar, hic omne bonum impletur, quod Prophetæ promiserunt & prædixerunt, ibi habebitur & non sperabitur, percipietur non expectabitur. En hoc angelus Danieli annuntiavit de natali Christi, hoc est, de tempore noui testamenti, quod vniuersum dies vna est & natalis Christi vocatur. Et quo modo nobis Christianis clarius de eo prædicari possit omnia enim in his comprehensa sunt, quæ in nostro euangelio audimus & credimus. Ad hæc quoque Danielis ista sententia fortissimus clypeus est & munimentum nos-

Rom. 6.

I. Cor. x.

POSTILLA F. IOAN. FERI

stra fidei aduersus omnem calumniam & oblationem Iudæorum. Primo namq; constat ex historiis Christum natum esse in sexta, aut vt nonnulli arbitrantur septima & sexagesima septimana, quemadmodum exacte supputari potest, primo ex scripturis, secundo ex historiis Romanorum, tertio ex Olimpiadibus Græcorum. Certum quoque est Christum mortem obiisse exactis iam septuaginta septimanis. Tertio item constat circa illud tempus Iudæorum templum & sacerdotium finem accepisse, vt prædixerat Daniel. Quarto, certum est per Christum peccata sublata esse & cõdonata, nam ipse est agnus dei, qui sustulit peccata mundi. Vulneratus est propter iniquitates nostras, &c. imò mortem subiit propter peccata nostra. Quinto, certum est nos per Christum veram iustitiam & dei gratiam consecutos esse. Postremo certum est, in illo & per illum omnes prophetias esse adimpletas, eumq; a Deo vñctum spiritu sancto, vt Esaias ait. Aut dent nobis Iudæi alium, qui venerit post septuaginta septimanas & talia impleuerit. Quod si non potuerint, vt certe nunquam possunt, vera haud dubie nostra fides est & certa nostra salus. En hoc solati capinus ex ista Danielis prædicatione.

Post hæc quoque audiemus quo colore veteres nostri ecclesie Doctores diem hæc natiuitatis domini depinxerint. Grandis quidem est hodierna dominicæ natiuitatis solennitas (inquit diuus Bernardus) sed dies brevis cogit breuiare sermonem. Nec mirum si facimus nos breue verbum quando & Deus pater verbum fecit abbreviatum. Vultis nosse, quàm longum, quàm breue fecit Cælum, inquit hoc verbum & terram ego impleo, nunc caro factum in angustio locatum præsepio est. A seculo ait Propheta & in seculum tu es Deus, & ecce factus est infans diei vnus. In tantum Deus verbum suum abbreviauit, imò in tantum se deiecit sublimis maiestas, in tantum se diuina celsitudo exinaniuit, nõ tamen in benignitate & misericordia, imò quò minus potest & diuinæ maiestatis tum in eo apparebat, tãto cumulatius benignitatẽ & misericordiã secũ attulit. Sic enim ait Tit. 3. Paulus: Apparuit benignitas & humanitas Saluatoris nostri dei, &c. Ita quoq; fieri necesse erat. Magna potẽtia, splendor & maiestas misero & desperato parum solati adfert, quin animo abiectionem facit, verum bonitas, misericordia & compatiencia respirare hominem facit eiq; animum addit. Apparuerat antea potentia in rerum creatione: appar-

rebat

Ioan. 1.

Esa. 53.

Rom. 4

Esa. 61.

Eccl. 23

Psal. 39

Phil. 2.

Tit. 3.

rebat sapientia in earum gubernatione, sed benignitas misericordiae nunc maxime apparuit in humanitate. Quorsum enim attineret nos multa commemorare posse de potentia Dei eiusque sapientia, nisi bonitas quoque ipsius nobis portenderet. Philosophis quoque abundantibus in sensu suo maiestas innoruit: quoniam iuxta Apostoli verba, quod notum est Dei, manifestum est in illis. Veruntamen Iudaei potestate ipsa premebantur, & Philosophi scrutatores maiestatis opprimebantur à gloria. Vñ superest Domine Deus ut appareat bonitas tua, quae sola hominem animare potest. Quousque angustata est misericordia tua, in sola angelorum parte, reliquam occupat iudicium cum toto pariter humano genere. Domine in caelo misericordia tua, et veritas tua usque ad nubes, terram vniuersam condemnans & aëreas potestates. Dilatet misericordia terminos suos, extendat fines, expandat sinus, attingat à fine usque ad finem fortiter, disponens omnia suauiter. Restrictus est Domine iudicio sinus tuus, solue cingulum tuum, & veni miserationibus affluens, superfluens charitate. Quid tu times, o homo, quid trepidas à facie domini quia venit? Venit non iudicare, sed saluare terram. Olim tibi persuasum est ab infideli quodam seruo, ut furtim tolleres & imponeres regiū diadema capiti tuo. Deprehensus in furto, quid ni timeres, quid ni fugeres à facie eius? forte enim gladium iam vibrabat ignitū. Nunc in exilio positus in sudore vultus tui videris pane tuo, & ecce vox in terra nostra, quia dominator aduenit. Quo ibis à spiritu eius, & quò à facie eius fugies? Noli fugere, noli timere, non venit cū armis, non puniendum, sed saluandum requirit. Et ne forte dicas etiam nunc, Vocem tuam audiui & abscondi me, ecce infans est & sine voce. Nam vagiētis vox magis miseranda est, quam tremenda. Aut si cui forte terribilis, sed non tibi. Vel in hoc scies quia non venit perdere te sed saluare, eripere & nō ligare. Iam aduersus hostes tuos dimicat. Iam superbiorum & sublimium colla tanquam Dei virtus & sapientia calcat. Duo sunt tibi hostes, peccatum & mors, id est, mors corporis & animae. Vtrunque debellaturus aduenit, & ab utroque saluabit te, noli timere. Annon enim grandis peccato facta est violentia & reuera expugnatum esse cognoscitur, quando natura, quam se totam infectisse & occupasse gloriabatur, ab eo penitus aliena in Christo inuenta est? Iam verò

Rom. 1.

Psal. 35.

Sep. 9.

Ioan. 3.

Gen. 3.

Psal. 138.

Gen. 3.

POSTILLA F. IOAN. FERI

eodem ordine mortem quoque superat, prius in seipso cum resurgit primitiæ dormientium & primogenitus mortuorum: postmodum debellaturus eam pariter in omnibus nobis, quando videlicet suscitabit mortalia corpora nostra & destruetur nouissima inimica mors.

Hæc pars quædam est vnius concionis, quam enarrauit aliquando in hoc festo diuus Bernardus. An non videtur tibi similis planè prædicationi Danielis? Reuera sanè nihil differre eas existimare debes, nisi quod hic sermonis vbertate dilatauit, hoc ille in breuem periodum contraxit. Vtrobique nuntium est iucundissimum, utrobique inuenimus, quod ad amorē & laudes dei inuitare nos & prouocare debet. Atque his quidem hodiernum festum concludere non oportet. Non sat esse nobis debet, Prophetarum, angelorum, hominumque pietati consecratorum huius diei audire gloria, sed ita animos nostros constituere debemus, ut inde confirmatiores reddamur in fide, erectiores in spe, vehementiores in amore, denique ad laudem dei studiosiores. Quare non video, quo pacto hanc prædicationem commodius finaliter queam, quam si dicam: Grates nunc omnes reddamus Domino Deo, qui sua natiuitate nos liberauit de diabolice potestate, huic nos oportet ut canamus cum angelis semper Gloria in excelsis.

SERMO OCTAVVS

Ad figuram. Helix dei accommodatus est. 4. Reg. 4.

Hodierna concio meritò nobis Christianis non aliter incipi debet, quam quomodo sancti angeli in primo natali Christi inceperunt, nimirum cum laude dei & annuntiatione spiritualis gaudij. Ad hunc quippe modum angeli hoc die prædicarunt, alius annuntiabat pastoribus, imò cunctis mortalibus gaudij propter natū Christum, alij subito incipiebant laudare Deū in excelsis, nuntiabant hominibus terricolis pacem & benignam dei voluntatem. Talem nos modū prædicandi docuerunt sancti angeli. Et quis non hoc exemplum libenter sequatur? Quomodo possit melior prædicandi ratio in natali Christi excogitari & institui, quam ut omnes ad spirituale gaudium & dei laudem extimulentur, postquam nihil à mundo cōdito, vnquam tam magnum, tam bonum, tam memorabile in terris accidit, ob quod iustus gaudere homines poruissent laudēque Dei deprædicare, quam quod angeli

IN DIE NAT. CHRI. SER. VIII. NO

angelus dicit, Hodie natus est Saluator CHRISTVS do-
 minus in ciuitate Dauid. O lœrum nuntium etiamdum in
 cordibus fidelium, qui cognoscere & reputare possunt, in
 quanta miseria, calamitate, cœcitate, peccato, ira Dei & con-
 demnatione omnes filii Adami fuerint ante hunc natalem
 Christi, & perpetuò manere coacti fuissent: Tali, inquã, ho-
 mini in hodiernum quoque diem nihil lætius potest con-
 tingere, quàm si natalem Christi animo verset, vt non pos-
 sit committere, quin cum sanctis angelis canat Gloria in
 excelsis Deo, Atq; istud adeò est, quo hodiernâ concionem
 exordiri volui. Vtinam omnium hominum animis tale gau-
 dium persuadere possem, ita vt ilicò in os proripat cū lau-
 de & gratiarũ actione. Quod vbi nō sit nec deprehēditur,
 ibi proculdubio nescitur adhuc, quid sit natalis Christi.

Luc. 2.

Magnum sanè discrimen est & longè diuersum, natalem
 Christi habere, & Christi natale sentire ac percipere. Beth-
 lehemitæ habebant etiam natalem Christi, sed sine emo-
 lumento aliquo, ignorabant enim apud se tantum thesau-
 rum, & gaudium tam prope esse. Ioannes autem sentiebat
 ac deprehendebat natalem Christi, idcirco etiam in vtero
 materno præ gaudio exiliebat. Maria beata virgo, Zacha-
 rias, Elizabeth, Simeon & Anna sentiebant quoque nata-
 lem Christi, & ideo apud illos præter gaudium & laudem
 Dei nihil fuit. Sic quoque agitur cum aliis. Hoc secum ad-
 fert natalis Christi, vbi sentitur. Ita quoque CHRISTVS
 de Abraham dicit. Vidit meū diem & gauisus est, & tamen
 adhuc secula aliquot ab eo distabat. Sic legimus de Esaia,
 quod ob Christi natalem, qui suo tempore adhuc futurus
 erat non solum gauisus sit, sed etiam animi sui gaudium
 elegante hymno testatus. Ecce læto & animo & ore dice-
 bat. Paruulus natus est nobis, & filius datus est nobis, &c.
 Et rursus: Egredietur virga de radice Iesse, & flos de ra-
 dice eius ascendet. Et requiescet super eum spiritus domi-
 ni in omni gratia. Hoc & id genus plura recenset Esaia,
 & sub hæc non potest se continere amplius, quin in lau-
 dem Dei erumpat, Confitebor, inquit, tibi domine, quo-
 niam iratus eras, conuersus est furor tuus. Ecce Deus salua-
 tor meus, fiducialiter agam & non timebo, &c. Hic consy-
 dera quæso, quantum gaudii Propheta declaret quantum-
 que boni dixerit de natali Christi, & quàm ex intimis af-
 fectibus Deum laudet, omnesq; mortales ad laudem Dei
 hortetur. Vnde tale gaudium in ipsius pectore, & talis
 laus

Ibidem.

Ioan. 8.

Esa. 9.

Esa. 11.

Esa. 12.

Esa. 13.

laus

POSTILLA F. IOAN. FERI

laus in ipsius ore orta est, nisi quod natalem Christi prospere. Quāto iustus nobis hodie acclamatur, ut gratias deo agamus, qui nos sua natiuitate liberauit de diabolica potestate? Merito, inquā, nobis hodie his & similibus verbis acclamatur, quandoquidem sancti angeli ita incoeperūt, & postea omnes electi semper sic cōtinuarunt. Quid verò nobis scilicet esset, si talem acclamationem non surdis auribus transiremus, sed pastores imitari, nostris cogitationibus euestigio peteremus Bethlehē, ubi cognituri essemus, non inanem esse admonitionem, inuēturi quoque ob quod nō admirari solum, verumetiam gaudere nos oporteret. Hoc verē natalem Christi celebrare esset. Hoc quārit ecclesia multipliciti sua admonitione et acclamatione, hoc ipsum quārebant angeli annuntiatione sua & hymnis. Et sapiētiam satis occasionis datum esset, hunc diem bene & Christianē transigendi, Enimuērō satis pastoribus prādicatum erat vnico verbo, quod ex angelo audierant, quod verbum cum crederent & acceptarent, per se alterum sequebatur, ut surgerēt, festinarent, currerent, inuenirent, gaudio afficerentur, Deum laudarent, aliosque homines gaudii participēs facere possent. Sic, inquā, adhuc hodie homini nō omnino ingenio tardo sufficere posset hāc angeli prādicatio & communes ecclesiae adhortationes.

Sed pro simplicibus & rudibus crassiore Minerua explicandum est. Itaque latius de hoc festo dicere institui. Iniuria enim esset diem tā celebrem neglectui esse. Si angelis tanta fuit curā, nō decet ut nos silentio prātereamus & otiemur. Imō quod angeli tātum gaudium declararint & prīmū natalem Christi nūtiarint, nostra causa factum est. Vobis natus est Saluator (inquit angelus) vobis annūtiō gaudium. Nequaquā igitur nobis conuenit, ut postremi simus, qui hoc cōsiderent & agnoscant. Imō vā nobis si aut cum Bethlehemitis talem gratiam neglexerimus, aut cum improbo mundo pro tali gratia ingrati fuerimus inuenti. Age, quod meum est faciam, & iterum paucis ostendam, quid noster natalis Christi sit ac requirar. Verum hac vice fundamentū meum ex Prophetae Helizei historia sumam, non quod aliis scripturarum inopia laborem, quā ad hoc festum accommodā esse possint, sed ut omnes videant, natalem Christi etiā in veteri Testamento sua testimonia habere, & patribus omnia in figuris esse exhibita, quā nos nunc cernimus & habemus. Huius rei exemplum sufficit nobis.

Ius. 2.

1. Cor. 2.

IN DIE NAT. CHRI. SER. VIII. 111

hobis Helizeus, qui adeo propriè natalē Christi præfigura-
uit, ut melius nec habere nec optare possimus. Huius iam
vobis historiam enarrabo paucis, & postea cum nostro ses-
sto ac natali Christi comparabo.

De Helizeo legimus, quod olim inter alia multa prodigi-
a quibus præminebat, etiam puerum mortuum ad vitam
reuocarit, sed peculiari, insolita & inaudita ratione, quam
quis non immeritò admiretur. Etenim primò mittebat su-
um seruū, baculum suum ei tradebat cum eo mandato,
ut baculum faciei pueri imponeret. Verum cum hoc nihil
prodesset, nec tamē mulier interpellandi finem faceret, ipse
Propheta mortuum puerū adibat, ad illum se applicabat,
incuruabat, contrahebat quātum poterat donec suos ocu-
los, os & manus pueri oculis, ori & manibus imposuisset,
idq; tantisper faciebat, dum incaluisset puer, & audiretur
sternutare, quod primum vitæ signū erat. Postea puer ocu-
los aperuit, alacris & incolumis surrexit, cum magno ma-
tris gaudio & immortalī gloria Prophetæ. Hanc historiam
hodie fundamentum iaciam, neq; iniuria. Nam in hac hi-
storia vnica totum natalem Christi habemus & quicquid
ad eum pertinet, principium, medium & finem, quis Chris-
tus sit, quomodo & quare venerit, quid expedierit & quo-
modo tractari velit. Hæc omnia, inquā, in ista historia com-
prehensa sunt. Nemo tamen mirari debet, quod tot tantaq;
tam vilis complectatur historia. Paulus non frustra dixit
Deum olim non modo sæpe, sed multifariam quoque, hoc
est, non verbis tantum, verum etiam signis & operibus ad
patres esse locutum, nec angelus absque causa dixit nos in-
uenturos Christum fasciis inuolutum, quod argumētum
certissimum sit eum esse Saluatorem. Quid autem fasciæ
aliud sunt, quā dicta & tropi veteris Testamēti? Quem:
admodum pastores non quæsisent Messiam in stabulo, in
præsepi, & inter exiles fascias nisi ab angelo admoniti fuis-
sent, & hoc illis esset datum signum, ita nemo crederet in
tam simplici historia Christiū latere, nisi ipse dixisset: Scr-
utamini scripturas, illæ sunt quæ de me testimonium perhi-
bent. Sed quā certò pastores Christum in præsepi, in fa-
sciis inuenerunt, tam certò quoque nos eum reperimus in
scripturis. Verum quæsitore hic opus est attento. Mille hoc
stabulum præterissent, qui ne semel quidem suspicati fuis-
sent, ibi Messiam latitare. Mille legunt historiam de Heli-
zeo, quibus non venit in mentem, in ea Christum inueniri
posse.

4. Reg. 4.

Heb. 10.

Luc. 2.

Ioan. 3.

POSTILLA F. IOAN. FERI

posse At pastores verbis angeli fidem habebant, & ita quod que comperiebant. Sic etiam nos Christo credere oportet, qui iubet nos scrutari scripturas, ut quæ de ipso ferant testimonium. Age, aperiamus fascias, & videamus si in his Christum inuenire queamus. Et quidem non est opus anxia admodum inquisitione, præferrim in hac historia. CHRISTVS vltro apparet, vbi pio studio inuestigatur? Scire iam vis & audire, quis CHRISTVS sit? Verus est Helzeus, hoc est, salus Dei. Sic nominat eum Paulus. Christus est nobis à Deo factus iustitia, sanctificatio & redemptio.

2. Cor. 1.

Luc. 2.

Esa. 49.

Actu. 2.

Actu. 4.

Esa. 7.

Esa. 9.

Luc. 2.

Esa. 51.

Sic eum vocat angelus in hodierno euangelio. Sic Deus ipse eum nominat in Esaia. Dedi te, inquit, in lucem gentium, ut sis salus mea usque ad extremum terræ. Hic est Helzeus, quem scriptura propriè designat, alter tantummodo nomen habuit. CHRISTVS rem ipsam & opus, ipsa Dei salus est in actu & essentia. Notum esse debet omni plebi Israel (inquit Petrus) quod Deus Iesum hunc, quem vos crucifixistis, dominum & Christum fecit, nec est in alio aliquo salus, nec aliud est nomen sub cælo datum hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri. Istud iam vnum est & non infimum, quod ad hoc festum spectat, nimirum ut rectè agnoscatur persona. Nō ita vulgariter CHRISTVS est existimandus tanquam homo, sed tanquam Helzeus, hoc est, salus Dei, alioquin parum ad futurum esset solati. Esaias quidem ait virginem concepturam & parituram filium, sed addit, nomen illius fore Emmanuel, Nobiscum Deus. Et postea dicit quidem natum esse nobis paruulum & datum esse nobis filium, sed addit eum vocari admirabilem cōsiliarium, fortem Deum, Patrem futuri sæculi, &c. Ita quoque angelus nō simpliciter dicit ad virginem, Ecce concipies & paries filium, &c. sed subdit quoque, Et is erit magnus, & filius altissimi vocabitur. Sic quoque refert Lucas de Simeone, quod non solum puerum IESVM vlnis suis complexus sit, sed quod etiam eum Salvatore Dei, lumen gentium & gloriam populi Israëlitiçi appellaret. Hoc nos consolatur, quando cogitamus quod nobis CHRISTVS sit Helzeus, hoc est, Dei salus, & esse possit, imò esse & manere velit, & non vulgaris salus ac auxilium, non quale homines, sed quale Deus dat, qui dicit: Salus mea in sempiternum erit. Hactenus habemus personam Christi.

Scire iam etiam expetis, ad quid CHRISTVS venerit? Respon-

IN DIE NAT. CHRĪ. SER. VIII. 112

Responsio. Vt puerum ad vitam reuocet. Quis verò puer ille mortuus alius est, quàm genus humanum? In quocumque die comederitis de cibo verito, moriemini, inquit Deus ad Adam. Et Paulus: Cum mortui essemus in peccatis nostris, viuificauit nos. Et CHRĪSTVS ipse: Ego veni vt vitam habeant & abundantius habeant. Rursus: Hæc est voluntas Patris mei, vt eos qui in me credunt, resuscitem in nouissimo die. Hæc iam alia pars est, quæ ad hoc festum pertrahit, considerare quare CHRĪSTVS venerit.

Gen. 22.

Ioan. 10.

Ioan. 6.

Tertiò, scire desideras vnde venerit hic Helizeus? Dicit scriptura de monte Carmelo, è summitate cœli in terras, è sinu Patris in uterum virginis, ex altitudine diuinæ maiestatis in humilitatem humanæ ægritudinis. Et hoc nunc est, quod verbis tam elegantibus hodie canitur. Natus ante sæcula Dei filius inuisibilis interminus. Per quem fit machina cœli & terræ, maris & in hiis degentium. Per quem dies & horæ labant & se iterum recipiunt. Quem angeli in arce poli voce consona semper canunt. Hic corpus assumpserat fragile sine labe originalis criminis, quo primi parentis culpam Euaq; lasciuia tergeret.

Quartò scire cupis, quando iste Helizeus in nostram domum venerit? Responsio. Non in principio mundi, sed postremis temporibus. Seruum suum cum baculo suo præmiserat, atque hic eum pueri faciei imposuerat, sed neque vox neque sensus vllus in mortuo deprehēdebat. Quid hoc dictum est? Aut quis fuit seruus ille, quem Christus præmisit ad exanime humanum genus? Moses fuit, qui non immeritò seruus dicitur, si cum Christo conferatur. Quis sum ego, inquit, vt vadam ad Pharaonem regem Ægyptiorum & ad illum loquar? Rursus. Quis ego sum, qui solus sustinere debeam omnem hunc populum? Item: Obsecro domine, mitte quem missurus es. Item, Si tu non ipse præcedas, ne educa nos de loco isto. Hic Helizei nostri seruus est, nec ipse tamen solus, sed etiam omnes Prophetæ. Baculus quem CHRĪSTVS seruo dedit vt puero imponeret, lex est, quæ rectè baculus dicitur, quia vrget & pulsât hominem in eo quòd præcipit faciendâ, aut vetat omittendâ, pœnam infligit & maledicit, nisi seruetur, quod iubet. Veruntamen baculus non serui est, sed Helizei, lex non ab hominibus, sed à Deo lata est. Cum baculo mittebat Deus Moysen ad puerum vitæ defunctum, quem illi faciei imponeret, hoc est, legem

Exo. 3.

Num. 11.

Exo. 4.

Exo. 33.

POSTILLA F. IOAN. FERI

legem hominibus ob oculos poneret, vt disceret peccatum suum & infirmitatem agnoscere ac videre. Hoc faciebat Moses summo studio, similiter & Propheta post illum, sed neque vocis neque vitæ signum aliquod apparebat, nihil virtutis habebat baculus, lex non poterat hominem iuare. Moses vir ille non erat. Qui hominem creauerat, per illum reparandus fuit. Ipsum Helzeum adesse oportebat, mulieri prius puerum à Deo impetrauerat, is itaque nunc vitæ eum restituere debebat. Per æternam suam sapientiam & verbum Deus hominem à principio cõdiderat, per eandem suam sapiẽtiam & verbum, quod Christus est, hominem resuscitare voluit à morte peccati & condemnationis. Feci te (inquit in Esaia) conseruabo etiam te & redimam. Seruus putabat quidem puerum, simul atque baculum ei imposuisset, suscitatum iri, sed falsus est. Neque dixerat id Propheta, quod baculus puero mortuo vitalem spiritum referre posset. Ita quoq; falso sibi persuadebāt Iudæi legem sufficere ad vitam & salutē. Deus non ideo dederat legem, vt conferret salutem. Minimè: Si per legem iustitia esse potuisset, frustra mortuus esset CHRIS TVS, inquit Paulus. Si seruus baculo puerū expergefacerē potuisset, nihil opus fuisset ipso Propheta. Verum quid ait Paulus? Lex nihil ad perfectum adduxit. Duris & incircuncisis cordibus voluit Deus poni baculum super faciem, voluit illis prædicari legem, sed nusquam dicit eam sufficere ad vitam, imò aperte illis significabat, venturum ipsummet Helzeum & impleturum id, quod baculus non poterat. In summa, quantum cunq; Moses & Propheta desudabant in prædicanda lege, non tamen erat in homine, neque vox, neque sensus, neq; vita, neque salus. Quapropter etiam mulier non contenta erat seruo & baculo, Viuit dominus (aiebat ad Prophetā) & viuit anima tua non dimittam te. Sic quoque optimis patribus non satisfaciebat lex, sed perpetuis gemitibus aspirabant ad Helzeum, ad Christum promissum Messiam, non cessabant orare, donec postremo veniret ipse perditam ouiculam quærere & hominē extinctū ad vitam reuocare.

At quomodo eum resuscitauit? quibus id modis factum est? Non mediocri sumptu & labore. Ascendit, inquit scriptura, & incubuit super puerum, posuitq; os suum super os eius, & oculos suos super oculos eius, & manus suas super manus eius, idq; tamdiu fecit, donec oscitaret puer. Tanti laboris erat, antequam Propheta puerum à morte resuscitaret,

4. Reg. 4.

Esa. 43.

Gal. 2.

Heb. 7.

Deu. 18.

4. Reg. 4.

taliter,

IN DIE NAT. CHRIS. SER. VIII. 113

taret, tantum impensum est, priusquam CHRISTVS mortuum humanum genus resituit. Longinquum iter facere, de cælo ad terras, profundè admodum se incuruare, gracielem se facere & omnino contrahere sese debuit, antequam æqualis nobis esset suosq; oculos, os & manus nostris oculis, ori & manibus applicare. In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum. Hic magnitudinem ipsius audis. Et verbum caro factum est & habitauit in nobis. Rursus: Cum esset diues, egenus factus est. Itē, Cum in forma dei esset, semetipsum exinaniuit formam serui accipiens, &c. Hic audis quā paruus sit factus, quantum incuruauerit & contraxerit se. Et hoc est quod angelus dicebat, Inuenietis infantem. O admirabilem huius medici humilitatē, quis vnquam vidit medicū cum ægroto ex charitate ægrotasse, vt tanto melius illi mederi possit? Hic autem qui Omnipotens est, infirmus fit, qui dei sapientia est, infans fit, qui diues est, fit egenus, qui cælum potenter regit, in præsepi poni se patitur. Hoc sanè est contrahi, gracilem & mortuo puero æqualem fieri.

Ioan. 1.

2. Cor. 8.

Phil. 2.

Luc. 2.

Ad hunc modum CHRISTVS verus Helizeus & dei salus à morte nos resuscitauit, oculos suos nostris oculis imposuit, vt nos illuminaret, os suum nostri ori imposuit, & nobis osculum ac signum pacis infixit. Nam cum adhuc essemus inimici, reconciliauit nos, & per spiritum suum vitam ac sensum infudit, necnon manibus suis nostras manus confortauit. Istud est, ad quod hodiernum festum respicit, ob quod totus orbis Christianus tantopere gaudet, nimirum quòd verus Helizeus Dei salus ad nos venerit vt nobis opem ferat atque adeò iam tulerit. O præclarum gratiæ opus, quòd tantus Propheta, tanta persona, imò filius Dei in verbis & factis potentissimus cœlitus nos inuiserit, misertus sit lapsi, inclinari se ad iacentem, susceperit mortuum, sibi reconciliari perditum hominem. Ex his vt opinor, vnusquisque posset intelligere natalem Christi totum in hac historia præfiguratum fuisse. Quod eò prolixius indicare volui, vt videremus Christum passim in scripturis rectum latere & rectè dixisse angelum, Inuenietis eum parui inuolutū. Superest iam, vt nos cum pastoribus ad præsepe transeamus & tale dei ac gratiæ opus diligenter & deuotè intueamur, & cum Zacharia læta voce canamus, Benedictus dominus Deus Israel: quia visitauit & fecit redemptionem plebis suæ, &c.

Rom. 5.

Luc. 1.

P SER

POSTILLA F. IOAN. FERI
SERMO NONVS

Agit de Ecclesia cantibus & Psalmo Davidis. XLIX.

AD hodiernum istud & solenne Festum cum syncretismo gaudio & hymnis celebrandum, haudquaquam nos decet Christianos, ut nos multum admoneri sinamus, cum vnumquodque proprius animi ardor & deuotio impellere ad id deberet, quemadmodum nihil addubitamus, quin optimi quique & pii homines in se ipsis singularem quandam affectum & inclinationem ad hoc festum plus quam ad alia sentiant. Et merito. Nam quando vnquam in terris aliquid maius & admirabilius visum, auditum ac deprehensum est, quam hoc die? Veteres nostri ecclesiae doctores non potuere satis de eo dicere, canere & meditari, veluti alias indicaui, nec nunc committere possum, quia maiorem huic rei fidem faciam. Duos Christianos nos Poetas ecclesia hesterno vespere produxit, hos modo pro huius occasionis praemio audiemus, quomodo hodiernum festum secum considerarint, aliisque omnibus considerandum proposuerint.

Vnus est Prudentius, qui tali hymno natiuitatem Christi concelebrat. Corde natus ex parentis ante mundi exordium Alpha & Omega cognominatus, ipse fons & clausula omnium quae sunt, fuerunt, quaeque post futura sunt. O beatus partus ille virgo cum puerpera edidit nostram salutem: facta sancto spiritu & puer redemptor orbis os sacratum protulit. Psallat altitudo coeli: psallant omnes angeli, quicquid est virtutis vsquam psallat in laudem Dei, nulla linguarum fiescat vox: & omnis consonet. Ecce quem vates vetustis concinebant saeculis: quem Prophetarum fideles paginae sponderant, emicat promissus, olim cuncta colunt laudant Deum. Te senes & te iuuentus paruulorum, te chorus, turba martyrum virginumque simplices puellulae voce concordēs pudici perstreperant concentibus saeculorum sacculis. En tali carmine Prudentius poeta pientissimus hodiernam festiuitatem contemplatus est, quod huius in completorio cantatum fuit.

Alter nimirum Sedulius tametsi aliis utatur verbis, a sententia tamen nihil differt. A solis, inquit, ortus cardine, adusque terrae limitem. Christum canamus Principem natum Mariae virgine. Beatus author saeculi seruire corpus induit: ut carne carnem liberans: ne perderet quos condidit,

dil,

IN DIE NAT. CHRIS. SER. IX. 114

dit. Clausa parentis viscera : coelestis intrat gratia : venter puellæ bazulat, secreta quæ non nouerat. Domus pudici peccatoris, templum repente fit Dei intacta nesciens virum, verbo concepit filium. Enixa est puerpera, quem Gabriel prædixerat, quem matris aluo gestiens : clausus Ioannes senescerat. Fœno tacere pertulit, præsepe non abhorruit, paruocq; lacte passus est, per quem nec ales esurit. Gaudet chorus coelestium, & angeli canunt Deum, palamq; sit pastoribus, pastor creator omnium. Hæc Sedulius diuinus Poëta de hodierno festo cecinit, cuius verba ecclesia hesterno vespere canendo summo cum gaudio imitata est. Quem verò animus proprius ad harum rerum cōtemplationem & admirationem nō vltro rapiat? Quid porro iucundius, quidve vtilius esse nobis possit?

Breuius, hodiernum festum nihil aliud est, quàm quod proximè præterita dominica partim de Ioanne, partim de Paulo Apostolo nostro audiuimus. Dominus propè est, inquit Paulus, ne sitis solliciti. Medius vestrum stetit, dicit Ioannes. Hæ duæ sententiæ cū hodierno festo congruunt, Qui non credit Dominum propè esse & medium inter nos, is cogitet, quid vtriq; angelus & homines, Prophetæ & Apostoli, veteres & recentiores de hodierna die locuti sint & nuntiarint. Multi certè nobis hodie & cum verbis grauissimis proponitur, ex quibus Esaias primum locum habet. Paruulus, inquit, natus est nobis, & filius datus est nobis, & factus est principatus super humerum eius, & vocabitur nomen eius admirabilis consiliarius. Ex his postremis verbis audis, quòd Esaias non de vulgari infante loquitur, sed de eo ipso, què Ioannes Messiam, Paulus Dominum appellat. Esaiam sequitur Paulus in hodierna epistola, secundus est, qui natalem Christi nobis exponit. Huius verba gravitatem quandam singularem & vim reserunt. Multifariè, inquit, multisq; modis olim Deus loquès patribus in Prophetis : nouissime diebus istis locutus est nobis in filio, quem constituit hæredem vniuersorum, per quem fecit & sæcula, &c.

Quæ verba quid aliud innuunt, quàm quòd propè sit Dominus, imò medius inter nos versetur & stet? Angeli in ordine tertii sunt, qui hoc festum nobis denuntiant, dicunt ne timeamus, imò animo lato nos esse iubent, nuntium adserunt natum esse Saluatorem, vnà nobiscum gaudent, Deum laudant in excelsis.

Phil. 4.
Ioan. 1.

Esa. 9.

Heb. 1.

Luc. 2.

POSTILLA F. IOAN. FERI

Hoc verò nihil aliud est, quàm quod Ioannes & Paulus dixere Deum prope esse, & medium inter nos agere. Ioan. 1. nes Euangelista vltimò venit, & is omnium apertissimus est, ait æternum Dei verbū, quod in principio apud Deum atque adeò ipse Deus erat, per quod omnia facta sunt, in quo lux & vita est, carnem & hominem esse factum, inter nos & in nobis habitasse, plenū esse gratiæ & veritatis, &c. Dilucidè sanè hoc dictum est de isto festo. Ex his opinor quicquid non difficulter videre poterit Paulum verè dixisse, quod Deus sit prope, & Ioannem, quod medius nostrum sit. Quid iam magis nos decet, quàm vt ob hæc ex animo gaudeamus, & in omnibus rebus rãto confidentius Deum orationibus nostris interpellemus? quemadmodum quorundam in loco Paulus nos docet. Adeamus, inquit, cum fiducia ad thronum gratiæ eius, vt misericordiam consequamur, &c. Atque hic verus vsus & cultus est istius festi. Propterea CHRISTVS venit, quod velit agnosci & inuocari, est namq; qui dare possit, imò per quem Deus omnia nobis suppeditare velit, & sine quo nihil à Deo sperare possumus. Quapropter non solum æquitas, verum etiam celebritas huius festi postulat, vt cunctis aliis rebus sepositis, hoc solum agatur, & hoc vnico occupati simus, quod hoc die accidit, nec propter rei magnitudinem quicquam otio debetur, quoniam labor non vnus diei est, sed quantumuis de hoc festo copiosè dicatur & prædicetur, nemo tamè pro dignitate satis id explicare potest. Quocirca paulò plura de hoc dicere constitui, sed omnem orationem meam ad vnicum illud Psalmi verbum tanquam ad scopum referam, vbi Dauid inquit: Audi populus meus, & loquar, Israel testificabor tibi: Deus deus tuus ego sum. Vnicum hoc dictum abundè satis natalem Christi nobis declarabit, & ita vt si animis nostris infixerimus nihil sit nobis defuturum, quod ad Christianum & pium huius festi cultum ac observationem facere potest. Id iam audiemus. Primò nemini mirum videri debet, quod verba iam commemorata ad natalem Christi accommodem, quandoquidem per aduentum hætenus audiistis me in singulis quatuor Dominicis euangelia cum hoc psalmo, vnde iam dicta verba desumpta sunt, cõtulisse. Quidam totum illum psalmum, ad extremum solum Christi aduentum referunt. Verum admonui vos, veteres hunc psalmum partim de primo, partim de vltimo Christi aduentu interpretari. Ita quoque

seri

Psal. 49.

fieri necesse est. Idem & vnicus CHRIS TVS est, qui pri-
 mō venit & secundo venturus est, & quod in postremo
 aduentu facturus est palam, id iam fecit etiam in primo,
 sed clam. Tum ita manifestē apparebit, vt visurus sit eum *Apoc. x.*
 omnis oculus, etiam qui eum pupugerunt. In primo suo
 aduentu quauis non omnibus sit visus, non tamen ita
 occultē venit, quin eum hostes quoque sui videre potue-
 rint. Si non venissem, inquit, & locutus fuisset eis, pecca- *Ioan. x.*
 tum non haberent: nunc autem & viderunt & oderūt me.
 Tum in vltimo aduentu ignis & fulgura, infernus & con-
 demnatio manebit malos, in primo aduentu ignis etiam
 & tempestas vita est, igni bonos illuminauit & accendit
 eorum animos, tempestate secretorum ipsius iudiciorum
 improbos excecavit & dissipauit. Fecit potentiam in brā- *Luc. x.*
 chio suo, canit Maria, disperfit superbos mente cordis sui.
 In secundo aduentu & iudicio emittet angelos suos, vt sibi
 electos suos congregent à quatuor ventis. In primo aduen-
 tu misit apostolos & discipulos suos, vt idem facerent, cu-
 ius proxima dominica habuimus duo exempla, alterum
 in Ioanne, alterum in diuo Paulo. Horum alter precedens,
 alter sequens, Domino electos suos congregauit & addu-
 xit, quod omnium etiam primum est, quod ad natalem
 Christi pertinet. Quem enim CHRIS TVS, fructum fa-
 ciat, nisi sint, qui illum desiderant? Sic ait Psalter, Congre-
 gate illi sanctos eius. Etenim congregatis nobis animisq;
 nostris paratis & flagrantibus, CHRIS TVS aliquid pro-
 ficere potest. Istud iam per Aduentum hactenus quæsitum
 est, & idcirco vnus Propheta post alium propositus fuit vs-
 que ad Ioannem, idq; totum propterea, vt nos natalis
 Christi congregatos, paratos, & cupidos inueniret ac de-
 prehenderet.

Prophetæ suis iam sancti sunt partibus, CHRIS TVS
 modo ipse præsto est, hodie nobis CHRIS TVS natus est,
 hodie Saluator apparuit, hodie canunt angeli, hodie om-
 nes boni gaudent & dicunt, Gloria tibi domine. Si rectē
 Aduentum obseruauimus, Christi natalis tantō nobis iu-
 cundior fuerit, Si Prophetas & Ioannem probē ac attentē
 audiuius, tanto melius in nobis locum inueniet Chri-
 stus. Illi iam silent, illorum prouincia iam quiescit, vltra *Ioan. x.*
 Christum prorogari non debuit, vt ait Ioannes. Nunc
 meum gaudium completum est, me oportet minui, illum
 autem crescere. CHRIS TVS nunc ipsemet vult loqui.

P 3. Audi

POSTILLA F. IOAN. FERI

Psal. 49. Audi populus meus (inquit) & loquar. Israel, testificabor tibi: Deus deus tuus ego sum, Sic nobis **CHRISTVS** ipse concionatur in sua natiuitate. Et ex his verbis discere possumus, quid noster natalis Christus sit.

Ioan. 1. Sed inquis, quomodo hæc **CHRISTVS** loqui potuit, cum infans non secus ac ceteri mortales in lucem venerit? Nihil te hoc moueat. Quod verbis non fecit, id te & factis declarauit. Essentiale & æternum Dei verbum est, tamen si non externum sonum & verbum ædat. Audi populus meus, hic vides ad quem loquatur, imò hic vides Prophetam non temerè prius dixisse, Congregate illi sanctos eius. Peculiarem vult habere populum, qui cum loquatur: Quis populus ille est? Israel, inquit, testificabor tibi. Vide, hic illius est populus, nimirum verus Israel, non illi, qui falsò hoc nomen sibi vsurparunt, nominis verò significationis ne micam quidem habuere, sed simpliciter vt à parentibus accepere, ita nudè & sine omni energia nomen gessere, &c. Tales **CHRISTVS** pro suis non agnoscit, sed qui genuinus & verus Israel sunt, qui Deum vident, expediti sunt cum Deo, candidi coram Deo, hoc enim vox Israel secum fert. Propter eà Iacobo hoc nomen Israël is indebatur, cum totam noctem cum angelo luctaretur in sua oratione & seria interpellatione, nec eum misum facere vellet, priusquam sibi bene precatus fuisset. Qui tam expeditus est, fortis & dexter cū Deo & corā Deo, is est verus Israel, dignus est hoc nomine. Tales itaque homines **CHRISTVS** sui sermonis vult esse auditores: Audi, inquit, populus meus.

Gen. 32. Quem audire debemus? Ego, inquit, loquar. Hactenus Prophetæ meo nomine locuti sunt, nunc ipse loquar. Et id quod loquar non erit friuolum, ego testificabor tibi, inquit. Hic vides, quomodo excitet animos nostros. Quis dubitet, quin sit magni momenti, quod talis persona nobis coram nuntiare vult & testificari? Rogas, quid illud raudè sit? Deus, inquit, Deus tuus ego sum. Hoc Deus hodie locutus est, hoc Deus hodie primùm testificatus est, hoc etiam præcipuum esse debet, quod hodie audire & animis infigere nos decet, hoc natalem Christi vtilem nobis & salutiferum facit. Bernardus alia multo plura indicat, quæ Christus statim in natiuitate sua docuit & prædicauit, non verbis sed factis. Et quæ illa sunt? Humilitas est, rerum terrenarum & temporalium contemptus, obedientia, penitentia pro admissis, &c. Hæc prædicat nobis Christus natiuitas

Esa. 52. quod loquar non erit friuolum, ego testificabor tibi, inquit. Hic vides, quomodo excitet animos nostros. Quis dubitet, quin sit magni momenti, quod talis persona nobis coram nuntiare vult & testificari? Rogas, quid illud raudè sit? Deus, inquit, Deus tuus ego sum. Hoc Deus hodie locutus est, hoc Deus hodie primùm testificatus est, hoc etiam præcipuum esse debet, quod hodie audire & animis infigere nos decet, hoc natalem Christi vtilem nobis & salutiferum facit. Bernardus alia multo plura indicat, quæ Christus statim in natiuitate sua docuit & prædicauit, non verbis sed factis. Et quæ illa sunt? Humilitas est, rerum terrenarum & temporalium contemptus, obedientia, penitentia pro admissis, &c. Hæc prædicat nobis Christus natiuitas

tiuitas

uirtas, hoc denuntiat nobis nox & hyems, in qua natus est, præsepe in quo positus, fasciæ quibus inuolutus fuit, hoc docent nos tenera ipsius membra, lachrymæ & vagitus: nam hæc omnia suapte sponte suscepit, nobis ad doctrinam. Quod ita in arcum se cohibuit & contraxit, qui tamen magnitudine diuinæ suæ potestatis cælum & terram complet, nostram arguit superbiam, quæ semper præminere vult, docet nos humilitatem. Quod in nocte & tenebris & clam omnibus hominibus natus est, taxat ambitionem nostram, quæ semper magni fieri & locum anteriorem habere vult, docet verò ut nos ipsi in pectora nostra descendamus & discamus nos ipsos cognoscere. Quod in hybernali frigore natus est, arguit carnalitatem nostram & luxum, quæ in omnibus rebus querimus, docet autem nos penitentiam & crucem ferre. Quod in tanta paupertate natus est, auaritiā nostram damnat insatiabilem, docet nos fastidire mundum & res caducas. Quod instar infantis vagit & lachrymas fudit, leuitatem nostram vel potius, amentiam & insaniam carpit, quod in tantis peccatis & periculis rideamus, iocis ineptis & scurrilibus ludamus.

Hier. 24

Ego (inquit diuus Bernardus sub persona totius humani generis) ludebam foris in platea & in secreto regalis cubiculi super me ferebatur iudicium mortis. Audiuit hoc vnigenitus eius: exiit posito diademate sacco vestitus, aspersus cinere caput nudus pedes: flens & eiulans, quod morte damnatus esset seruulus eius. Istiuc vide nos docent lachrymæ & vagitus Christi.

Bern.

Ad hunc itaque modum Christus locutus est in sua natiuitate. Et eo iam referre possemus dictum illud Davidis: Audi populus meus, loquar tibi, quasi diceret, Si hæcenus inimicum tuum audiuisti, qui te ad superbiam, auaritiā & voluptatem adhortatus est cum magno tuo malo & extremo exitio, audi quoque nunc me deum tuum, qui te doceo humilitatem, obedientiam, contemptum rerum terrenarum & penitentiam, idque ad salutem tuam æternam. Aspice me in hac mea humilitate, omnia hæc inuenies. Sic, inquā, dictum Davidis accipere possemus. Nec sine fructu abire posset, si talibus in rebus Christum audiremus.

Veruntamen aliud adhuc est & multo maius, quod Christus hodie ad nos loquitur & testificatur: Ego deus, inquit, deus tuus sum. Hæcenus fui deus, posthac tuus ero deus. Hoc hodie loquutus est Deus & testificatus. Et quibus

POSTILLA F. IOAN. FERI

Mat. 2.

Luc. 2.

ex rebus id apparet? quibus argumentis demonstrauit se esse deum? Quod tam magna miracula in ipsius natiuitate facta sunt, vt q̄ virgo filium concepit, eumq; absq; onere portauit, sine dolore peperit, & quod in sua natiuitate noua stella oriebatur, claritas dei de cœlo fulgebat, angeli in æther. cantabant, &c. His atq; aliis signis naturā excedentibus Christus satis declarauit se Deum esse, cui cœlum & terra, angeli omnesq; creaturę seruiant. Etenim hæc omnia humana facultate maiora sunt. At quibus rebus testificatus est & ostendit se deum nostrū esse & esse velle? Eo, quod summa necessitudine se nobis adiunxit, ita vt nullis vnquam temporibus se à nobis segregare velit, nostrum suscepit, & suum vicissim nobis impartiuit. Quomodo certius argumētum posimus petere, q̄ sit & esse velit noster Deus, quā artificissimam hanc coniunctionem diuinæ & humanæ naturæ, quam nos in ipsius persona cernimus? Hoc ad nos hodie loquitur, hoc testificatur, promittit & confirmat per suam natiuitatem, nimirū quod noster velit esse Deus. Quo quid iucundius nuntiare nobis posset? Quid nos lætius audire possemus? Quis satis explicare queat, quantum solari in hoc verbo lateat? Ego Deus, Deus tuus sum: Si hoc est esse deum cuncta creare, conseruare, regere, ordinare, imō omnia in manu habere, tum proculdubio hoc erit nostrum esse deum, eorum omnium specimen ædere in nobis, dare, conseruare, regere, ducere, protegere, redimere, cōsolari, confirmare, salute impartire. Hæc omnia nobis promittit Christus dum dicit: Ego Deus, Deus tuus sum. Horum omnium testimonium est ipsius sancta natiuitas. Ecquid amplius cupimus? Ex his arbitror vnicuiq; perspicuū esse posse, quantum nobis istud festum gaudiū adferat & in terris attulerit. Iam nos hic rationem subducamus, quid huic nostro deo, qui nobis vult esse omnia in omnibus vicissim debeamus. Vis etiam illud paucis accipere? Perge supra dictum psalmum legere, inuenies hæc verba, Non in sacrificiis tuis arguam te, &c. Immola Deo sacrificium laudis: & redde altissimo vota tua. Et inuoca me in die tribulationis, & eruam te, &c. Quasi diceret, tuis sacrificiis nihil ego, beneficij recompensationem tuam nō desidero, nam antea omnia mea sunt. Ego dare possum, tu non. Sed est tamen etiam, quod à te requiro. Quidnam? Vt me laudibus prosequare & inuoces. Hæc sunt, quæ in natali Christi præstare debemus, Superest nūc, vt ita faciamus. Perpendamus fratres

1. Cor. 15

Psal. 49

fratres dilectissimi beneficij & gratiæ magnitudinē, quod Deus, noster Deus, imò frater noster factus sit, laudes illius prædicemus, gratias illi agamus & summa cum fiducia inuocemus eum. Interim quoq; audiamus, quid nos suo exemplo in hac sua natiuitate doceat. Quod si facimus, non omnino frustrā natalem Christi coluerimus. Deus det nobis suam gratiam, Amen.

SERMO DECIMVS

Interpretatur imaginem viri grandis apud Daniele.

DE sanctissimo & celeberrimo hoc festo, cur in toto orbe Christiano tanta cum lætitia colatur, quid si bi velit, quid solatiij cuius pio adferat, & postremo, quomodo à nobis Christianis obseruari & cōsiderari velit superioribus annis abundē explicui. Qui latine linguæ peritus est, faciliè intelliget ex hodiernis ecclesiæ cantibus. Beatus author seculi (heri in vespertinis precibus cantatum est) seruile corpus induit, vt carne carnem liberans, ne perderet quos condidit. In matutinis hac acclamatione excitati sumus. Christus, hoc est, verus & vnicus Messias, rex noster & saluator, sacerdos noster & reconciliator natus est nobis, venite adoremus. In prima lectione cantatum est ex Esaia: Gentium populus, qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam, habitantibus in regione vmbre mortis lux orta est eis. Paruulus enim natus est nobis, filius datus est nobis, &c. In primo responso cantatum est. Hodie nobis cœlorum rex de virgine nasci dignatus est vt hominem perditum ad regna cœlestia reuocaret, gaudet exercitus angelorum. E diuo Paulo hodie cantati est, Apparuit gratia Dei saluatoris nostri omnibus hominibus: erudiens nos, vt abnegantes impietatem & secularia desideria, sobriè & iustè & piè viuamus in hoc seculo, &c. Et rursum: Apparuit benignitas & humanitas saluatoris nostri dei: non ex operibus iustitiæ quæ fecimus nos, sed secundum misericordiam suam saluos nos fecit. Item multifariè multisq; modis olim Deus loquens patribus in prophetis: nouissimè verò diebus istis locutus est nobis in filio suo &c. In euangelio palàm audimus, quod angelus dicit saluatorem nobis esse natum, & Ioannes verbum carnem esse factum. Adhuc hodie in vespertinis precibus canetur. Redemptionem misit dominus populo suo, mandauit in æternum testamentum suum. Item: Exortum est in tenebris lumen.

Esa. 9.

Tit. 2.

Tit. 3.

Heb. 1.

Luc. 2.

Ioan. 1.

Psal. 120.

Psal. 111.

P s men

POSTILLA F. IOAN. FERI

men rectis corde misericors & miserator & iustus dominus. Tandem his verbis concludetur. Hodie Christus natus est, hodie saluator apparuit, hodie in terra canunt angeli, letantur archangeli, hodie exultant iusti dicentes gloria in excelsis Deo.

Hoc & similia quiuis, qui latinæ linguæ gnarus est, audire potest hodie in ecclesia. Quis igitur tam ignauus est, oscitabundus & somnolentus, quem tam multisaræ acclamationes non excitent & expergefiant? Quis adeo durus est, cuius pectus hæc verba seu anceps gladius non penetraret & emolliant? Quis tam stupidus est, qui non intelligat, quid hoc festum in se habeat, quam supra modum optimum quæque consoletur, & quomodo à nobis coli & considerari velit? Natiuitas domini nostri & saluatoris Iesu Christi causa est hodierni festi. Et quid nobis miseris potest maius ac certius solatium adferre, quam hæc ipsa natiuitas? Nisi natus esset nobis paruulus, actum esset de nobis miseris, sed nunc salus contigit nobis omnibus. Idcirco quid iustus fieri à nobis potest, quam ut cum sanctis angelis deum laudemus, cum Zacharia gratias Deo agamus & cum ecclesia Christum interpellemus, ut nos etiam suæ diuinitatis participes faciat, quemadmodum ipse nostræ humanitatis particeps factus est? Hæc autem sunt, quibus occupari esse debemus. Sic Christiana vetustas fecit, ut in illius libris, scriptis & concionibus videre est. Sic ecclesia in hæc usque diem, in communi facit, laudat, gratias agit, orat. Verè dignum & iustum est, inquit, æquum & salutare nos tibi semper & ubique gratias agere, domine sancte, pater omnipotens, æterne Deus: quia per incarnati verbi mysterium noua mentis nostræ oculis lux tuæ claritatis infulsit. Ut dum visibiliter deum cognoscimus per hunc in inuisibilem amorem rapiamur, Et ideo cum angelis & archangelis, cum thronis & dominationibus cumque omni militia celestis exercitus, hymnum gloriæ tuæ canimus sine fine dicentes: Sanctus, sanctus, sanctus dominus Deus exercituum, plena est omnis terra gloria tua, Osanna in excelsis.

Esai. 9.

En ad hunc modum ecclesia in comuni sui Christi natalem celebrat. Quid magis optandum foret, quam ut omnes christiani exemplum istud sequantur? Quid nobis christianis felicius, si tanta christi pietate natali Christi veneraremur? Haud vix improbrari nobis posset, cuius Ioannes in hodierno euangelio inquit, gratum mundum arguit. In mundo erat, inquit, & mundum per ipsum,

Ioan. 1.

ipsum,

ipsum factus est, & mundus eum non cognouit. In propria venit, & sui eum non receperunt. Talis, inquam, querela quæ certè magna & horribilis est, minime in nos recideret, si communis ecclesiæ exemplum sequeremur. Contra verò in nobis completeretur proculdubio, quod Ioannes quoque statim subiicit: Quotquot receperunt eum, dedit eis potestatem filios dei fieri &c. Quid autem melius, maius & beatius est quàm filium dei esse? Cæterum ad hunc honorem nemo peruenire potest, nisi per Christum, qui vnigenitus Dei filius est. Qui hunc recipit, eum ipse rursus recipit in cœlis. En, hæc nostri natalis Christi conditio est, Et hoc in genere ita indicare volui pro prima huius conditionis parte. Nunc verò pro secunda parte audiemus, quomodo sanctus Daniel nostrum Christi natalem annūtiarit & descripserit olim, imò seculis aliquot ante festiue huius & sanctę diei exortum. Proderit nobis in hoc, vt melius & Christianius hodiernam diem exigamus.

Ioan. 1.

Rex Nabuchodonosor videbat in somniis magnam & terribilē imaginem contra se stantem, cuius caput aureum erat, pectus & brachia argentea, venter & fœmora ænea, crura ferrea, pedes partim ferrei, partim etiā fictiles erant. Rursus videbat lapidem, & de monte sine admonitione lapidē decidere, qui cū pedē imaginis fictilē tetigisset, tota imago collapsa est, in nihilū redactis omnibus, ex quibus conflata erat zuro, argento, ferro & ære. Porro lapis ille excresecbat in montem excelsum, ita vt vniuersam terrā impleret. Istud somnium Daniel regi interpretatur, inquiens: Aureum caput in imagine, pectus argenteum, vētrem æneum & crura ferrea significare quatuor Monarchias, videlicet Babylo-niorum, Persarum, Græcorum & Romanorum seinuicem successuras, ita vt vna alia semper angustior & infirmior esset futura. Post addit hæc verba: In diebus regnorum illorum suscitabit Deus cœli regnum quod in æternum non dissipabitur, ipsum verò comminuet & consumet vniuersa regna hæc, & ipsum stabit in æternum, secundum quod vidisti, quod de monte abscissus est lapis sine manibus & comminuit testam, & ferrum, & æs, & argentum & aurum.

Dan. 2.

Postrema hæc verba planè cōgruunt cum nostro Christi natali, iis namq; Daniel Ethnico regi apertè prædicauit de venturo Christo & ipsius regno, & tandem conclusit, omnia pariter regna, quantumlibet magna, opibus florentia, munitaq; funditus interire oportere. Christum verò & ipsius

ipsius

POSTILLA F. IOAN. FERI

Esai. 9.

ipſius regnum, quantumuis humile & exiguum appareat, æternum tamẽ fore. Iſthuc ipſum eſt, quod in noſtro Chriſti natali videmus, & letamur id noſtra ætate accidiſſe. Gaudemus eum natum eſſe regem, qui imperium & regiam poteſtatem ſecum in terras attulit, quicq; vocatur admirabilia conſiliarius, fortis Deus, pater futuri ſeculi & princeps pacis. De hoc & non alio loquitur Daniel in iſto textu, deſcribit nõ ſolũ perſonã, ſed etiã regnũ & poteſtatẽ ipſius, vtrumque ſanẽ q̃ clariffimẽ. Et ne omnino quicquã deeſſet, indicat Daniel quoq; quo tẽpore iſtud Chriſti regnũ auſpicadũ ſit, quãdo, quomodo & vbi rex iſte Chriſtus ſit naſciturus.

Luk. 1.

Hæc omnia, inquã, Daniel in his verbis oſtendit, idq; tam dilucidẽ, vt prorsus cõcordet cũ angelico nuntio, quod virgini hoc rege dignæ matri cõlitus allatum eſt, niſi q̃ angelus aliis & apertioribus vtatur verbis, Daniel verò, vt prophetarum mos eſt, figuras & verborũ inuolucria adhibuerit. Angelus ad virginem dicebat, ſpiritũ ſanctũ & virtutẽ Dei in ipſam ſuperuenturum, eamq; concepturã filium, cui deus daturus eſſet ſedem Dauidis progenitoris ſui regnãturo in domo Iacob in æternum. Daniel aiebat lapidem de monte caſurum nemine manu admovente. Aliquãto obſcure dictũ, ſed eadẽ ſententia eſt, quã ex angelo modò accepimus. Verũ ipſam verborum ſeriem nunc audiemus.

In diebus regnorũ illorũ, inquit Daniel, hiſce verbis tempus annotat, in quo naſciturus eſſet CHRIS TVS, & æter: nũ ſuũ regnũ inſtituturus. Accidet, inquit, in diebus regnorũ illorũ, hoc eſt, durãtibus adhuc quatuor regnis, nõ dicit, quatuor regnis exactis. Minimẽ, Imago adhuc ſtare debebat adueniente Chriſto, non ſuaſpẽ ſponte caſura, ſed à lapide de monte à Chriſto de cœlo euertenda. In Hebraico habetur non in diebus regnorum, ſed in diebus regum illorũ, quod magis probarim. Nã cũ veniret CHRIS TVS, priora tria regna cõſummata erant, quartũ & ferreũ regnũ adhuc ſtabat, quod ſuos reges habebat, nõ quidẽ nomine, ſed poteſtate. Etenim non reges appellabãtur, ſed Cæſares, Conſules, Dictatores, attamen totius regiæ poteſtatis potiebantur. De his intelligendũ eſt Danielis verbum: In diebus regum illorũ, hoc eſt, quo ad ferrei reges, Romani regnauerint & vniuerſum orbem turbauerint, non ſolũ contra externos populos, verũ etiã aduerſus ſeinuicẽ bella gerentes, nulla nec amicitiz nec ciuiliſ ſocietatis habitatio, ſed ſinguli pro ſuo lubitu regnare, dominari, & om: nem

nem

tem potestatem vsurpare volentes, tum æternum regnum
 auspiciabitur & illius rex nascetur. Sic quoq; accidit. Lucas
 clarissime annotauit in Euangelio Christum sub Impera- *Luc. 1.*
 tore Augusto in lucem hanc æditum fuisse. Augustus verò
 siue Octauius etiam vnus erat ex iis, qui in ferreo regno
 summam rerum obtinebant, imò maximus, aduersus colle-
 gam suū & affinem Anthonium atrocissimū bellum gere-
 bat, nec cessabat, donec oppressus esset, quanquā cuius quoq;
 Romanus esset, & Octauii seu Augusti sororem cōiugem
 haberet. Nulla tamen illū iuuabat, nec affinitas nec poten-
 tia. Augustus potestatem solus obtinebat, crudelitā exer-
 cebat & populabatur in omnibus terris præsertim in Iu-
 dæa, quam suo imperio armis adiungebat, eiq; tyrannum
 Herodem regē præficiēbat, censebat totū orbem terrarum,
 miseris pro animi sui libidine imperitabat, ira vt optimus
 Ioseph cū Maria coniuge seu nupta sua iam grauida eius-
 modi census gratia difficillimo hyemis tēpore longinquū
 iter in summa paupertate versus Bethlehēem suscipere coge-
 retur. Iam tempus imminēbat, quo vēturus erat Christus,
 ita enim sanctus Iacob prædixerat, quando sceptrum & po- *Gen. 49.*
 testas à Iudæis ad Gentes translata esset, venturum quoque
 eum, quem esset missurus Deus, & quē Gentes expectarent.
 Et hoc est, quod hic Daniel dicit: In diebus illorū regum,
 hoc est, regno Romanorū adhuc durante, suscitabit Deus
 æternū regnum, &c. Et quemadmodum prædixit, ita quoq;
 gestum est, Anno supra quadragesimum secundo Cæsaris
 Augusti natus est CHRIS TVS. Deinde Romana adhuc
 potestate vigente sub Cæsare Tyberio Euangelium quoq; *Luc. 3.*
 prædicari inceptū est, quod fuit æterni regni Christi auspi-
 cium. Et id iam primum omnium consyderare debemus ex
 Daniele circa natalem Christi, nimirum, q̄ Euangelista &
 Propheta tam aptē sibi mutuo respondeant de tēpore ad-
 uentus Christi, imò q̄ Deus etiā prisco seculo prædixerit,
 id quod nos iam re ipsa compertum habemus.

In primis obseruatu dignū est, q̄ Christus illud adeo tē-
 pus siue natiuitatis sibi delegerit, in quo rigida & ferrea po-
 testas orbem terrarū regebat & in quo status populi dei es-
 set omnī deterrimus. Nam sic Deus etiam nū facere consue-
 uit & sic fecit semper. Vocatur adiutor in opportunitati- *Psal. 9.*
 bus, & tū proximus est, quādo longissimē abesse creditur,
 tum maximē opē fert, vbi nullū auxiliū amplius suppetit.

Secundō, non simpliciter dicit Daniel: Cū omnis po-
 testas

POSTILLA F. IOAN. FERI

testas penes Romanos fuerit, nascetur CHRIS TVS, sed inquit, suscitabitur aliud regnum. Aliud inquit, quod in imagine magna non comprehenditur, nulli quatuor regnorum simile, sed aliud & longe aliud. Verissimum vique est, illi enim omnia terrena regna erāt, istud coeleste regnū erit, illa regna erant caduca & antiquanda, hoc perenne & æternum, illa regna consistebant in diuitiis, potestate & mundanis honoribus, hoc verò in iusticia & veritate: illa regna administrabant homines, peccatores & idolorū cultores, hoc administrare debebat sanctus sanctorū. His etiā Daniel ostendere & prædicere voluit regnum Christi non fore de hoc mundo.

Ioan. 18.

Tertio, dicit Daniel Deum suscitaturū hoc regnum, quia propter nemo id impedire poterit. Alia regna homines constituerunt, hic potentia vt Nemroti, alius prudentia & arte: vt Numa Pōpilius, tertius opibus & largitionibus, quartus adulatione, vt Absalon: quintus prodicione & fraude. Regnum Christi Deo ipso autore constitutum est. Deus dabit illi sedem Dauid patris sui, &c. dicit angelus.

Gen. 12.

Luc. 2.

Psal. 71.

Esa. 9.

Mat. 10.

Quarto dicit Daniel regnū Christi fore æternū, quod et Esaias cōfirmavit, & Dauid in suis psalmis indicat, Regnū eius, inquit Dauid, permanebit cū sole & luna. Preterea angelus ait, Regni eius nō erit finis. Super petrā edificatum est, aduersus quod ne portæ quidē inferi præualebūt. Vide hoc quoq; prædixit Daniel, & vnū ex præcipuis est, quibus nostra salus nititur, vt videlicet in regno Christi non mori nunc, sed perpetuā habeamus securitatem. Semper omnibusq; temporibus auxiliari potest, periculis eximere, defendere, securos reddere, cōseruare. Quam spē aut fiduciam in regibus aliis collocare possumus, qui cū hodie sint, cras facēt extincti? Que securitas esse apud illos potest, qui nūc vi, nūc prodicione oppressi pessum eunt? Istud regnū quod Deus per Christū suscitabit (inquit Daniel) æternum erit.

Quinto ait: Et regnum eius alteri populo nō tradetur. Rursus insignis hæc gloria est regni Christi. Nullum aliud regnū in terris adeo stabile fuit, vt ab vna stirpe semper sit administratum, imò vnū ex præcipuis Dei operibus est, qd regna transfulerit, loco mouerit, mutarit, de gente ad aliā gentem traduxerit sicuti cū in omnibus historiis & chronicis, tū etiam nū ob oculos videre licet. Regnū verò Christi eundem semper dñm retinet, nec alteri vnquā tradetur. Multi quidē fuerūt & sunt adhuc, qui regnū Christi oppugnant,

Dan. 2.

gnarunt, & hostes habebit vsq; ad finē mūdi, sed nemo ex-
pugnare aut opprimere poterit. Christus & sui regnant ac
gubē nā inter medios hostes. Cōfidite (appellat suos) ego
vici mūdū. Rursus: Mihi tradita est potestas in cēlo & in
terra, & vobiscum ero, vsq; ad consummationem seculi.

Sexto ait Daniel regnum Christi comminuturum & cō-
sumpturum vniuersa alia regna. Id quoq; in regno Christi
inuenitur & in nullo alio. Prædicatione euangelij vniuer-
sum orbem, omnia regna, imō ipsum etiam ferreum impe-
rium domauit & in suam redegit potestātē. Omnes reges
ac Imperatores aut nunc iam agnoscūt Christum dominū
suum ac regem, aut olim experiri cōgentur. Quin in extre-
mo die omnē externā potestātē in terris annihilabit, om-
nes hostes suos opprimet, ita nāq; de illo & regno eius præ-
dictum est. Exaltabitur manus tua super hostes tuos, & om-
nes inimici tui interibunt. Item in Esaia: Gens & regnum,
quod non seruiert tibi, peribit.

Seprimo exponit Daniel, quomodo hæc omnia accidere
debeant, quis regnum istud suscitaturus sit, & alia omnia
annihilaturus. Lapis, inquit, de monte cadet & ad magnā
imaginem secularis potestatis allidetur, vnde eam cadere
& comminui necesse fuerit. Hisce verbis describit Daniel
personam Christi, nuncupat eum lapidem primo propter
rea, vt videamus interpretationem suam congruere cum
eo, quod Esaias & Dauid loquūt de lapide, in quo Deus
miraculi sui specimen æditurus esset. Ecce (inquit Deus ad
Esaiam) ego mittam in fundamentis Sion lapidem angu-
larem, lapidem probatum. Item Dauid: Lapidem quem re-
probauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli.

A domino factū est istud, & est mirabile in oculis nostris.
Hoc nostri Apostoli Petrus & Ioannes aperte de Christo
interpretantur. Ea verò de causa CHRISTVS lapis no-
minatur, primò, quòd fortis sit & firmus omnium & insul-
tus sustinere possit. Bonis est lapis fundamenti, malis est
lapis, qui eos conterit. Iudæis erat lapis offensionis, in quē
impingebant, Christianis est lapis angularis, qui duos pa-
rietes coniungit, Iudæos & Gentiles. De isto quoque lapi-
de sentit Daniel hoc loco. Sed non nisi vnicus lapis est, nō
solum propterea, quòd in nullo alio salus sit, vt Petrus
ait, verum etiam, quòd in primo suo aduētu planē simplex
humilis & aspernabilis videretur, veluti Lucas in euange-
lio commemorat eum in maxima humilitate & pauperra-
te na-

*Psal. 108.
Ioan. 19*

Mat. 28

*Mich. 3.
Esa. 60.*

*Esa. 28.
Psal. 117*

Act. 4.

*Mat. 21.
Ephe. 2.*

Act. 4.

Luc. 2.

te na-

POSTILLA F. IOAN. FERI

te natum esse. Mater, inquit, inuoluit eū pannis & posuit in præsepi. Hic utique lapis exiguus est, ut qui nullius pretii videri possit, nemo tum cogitare potuisset, quod ipse demoliturus esset statum tam grandem, hoc est, totius orbis potentiam repressurus, annihilaturus atque adeo in suam potestatem redactus. Quare multi hanc ipsius tenuitatem admirabantur, quidam etiā ea offendeabantur, pauci erant, qui illum in tali vilitate pro Messia agnoscerent. Nihilominus tamen in aëre proclamat angelus eum & non alium esse Messiam, signum dedit, quod in præsepi reclinatus inueniendus esset.

Hic itaque lapis ille est, de quo Daniel loquitur, is visus est abscindi de monte absque ullius hominis opera. Per motem intelligere possumus cælum, de monte CHRISTVS venit sine vllis nostris meritis. Aut per montem Abraham genus intelligi potest, quod ideo mons dicitur, quia longe supra omnes homines in terris effertur, & inter omnes populos cælo erat proximum. In hoc monte sol oriens diuinae gratiae et illuminationis primum visus est. Imò cum adhuc caligine omnia obducta essent, mons ille iam solis radiis illustrabatur. Abraham (inquit CHRISTVS) diem meum vidit & gauisus est. Sic quoque ait Iacob: Vidi Dominum facie ad faciem, & salua facta est anima mea. De hoc monte abscissus est lapis, sed absque hominum manibus. Nam à virgine conceptus est & genitus sine viri alicuius commercio, sed solum ex officio sancti spiritus. Quantumvis autem pusillus lapis iste videretur, ita tamen nunc excreuit, ut mons sit immensae magnitudinis, & vniuersam terram impleat, cælum tangat, imò cælum iam penetrarit in sua resurrectione. Hoc nobis recenset Daniel de Christo & ipsius regno. Insolitum quiddam & incredibile rum forte habitum fuit. Sed euentus fidem nobis fecit. Atque istud denique gaudium est natalis Christi, quod CHRISTVS venit, homo factus est, & natus ex Maria virgine, impleuit id quod patribus promissum fuit, spirituale & æternum regnum auspicatus est, & illius nos quoque consortes fecit, de regno mortis nos traduxit in suum regnum, ubi pax perpetua & securitas, omnia bona ac Deus ipse sine fine habetur possidenturque. Hæc, inquam, hoc diuini gaudii causa est. Equum itaque est, ut cum ecclesia canamus: Grates nunc omnes reddamus Domino Deo, qui sua natiuitate nos liberauit de diabolica potestate.

Dominica